BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM
LIBRI QVI SVPERSVNT

EDIDIT

WOLFGANG SEYFARTH

ADIVVANTIBVS
LISELOTTE JACOB-KARAU ET ILSE ULMANN

VOL. II

LIBRI XXVI–XXXI



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MIM

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Ammianus <Marcellinus>:
[Rerum gestarum libri qui supersunt]
Ammiani Marcellini rerum gestarum libri qui supersunt /
ed. Wolfgang Seyfarth. Adiuvantibus Liselotte Jacob-Karau et Ilse Ulmann. –
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
Einheitssacht.: Res gestae
Vol. 2, Libri XXVI–XXXI. – Ed. stereotypa ed. 1 (1978). – 1999
ISBN 3-519-01977-9

Printed in Germany
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, 99947 Bad Langensalza

AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM

LIBER XXVI

1. Valentiniano, scholae secundae Scutariorum tribuno, communi magistratuum ciuilium et militarium consensu Nicaeae absenti defertur imperium; et de ratione bissexti.
2. Valentinianus cum Ancyra euocatus Nicaeam celeriter uenisset, una omnium uoce iterum eligitur imperator purpuraque et diademate ornatus Augustusque appellatus militem alloquitur.
3. De Aproniani praefectura urbana Romae.
4. Valentinianus Valentem fratrem suum Nicomediae tribunum stabuli ac mox apud Constantinopolim in Hebdomo consentiente exercitu consortem imperii constituit.
5. Imperatores ambo comites et militares numeros inter se partiuntur et paulo post alter Mediolani, alter Constantinopoli I. consulatum ineunt. Alamanni Gallias uastant; Procopius in Oriente res nouas molitur.
6. Patria et genus, mores ac dignitates Procopii deque eius sub Iouiano latebra et qua ratione Constantinopoli imperator sit appellatus.
7. Procopius Thracias sine sanguine in suam potestatem redigit et equites peditesque per Thraciam iter facientes promissis in uerba sua adigit necnon Iouios et Victores a Valente aduersus se missos sibi oratione iungit.
8. Nicaea et Calchedone obsidione liberatis Bithynia in ditionem Procopii redigitur et mox Cyzico expugnato Hellespontus.
9. Procopius in Bithynia, in Lycia et Phrygia a suis desertus et uiuus Valenti traditus capite truncatur.
10. Marcellus protector, eius cognatus, et multi Procopianarum partium supplicio capitis affecti.

Dictis impensiore cura rerum ordinibus ad usque memoriae con- **1**
finia proprioris conuenerat iam referre a notioribus pedem, ut et peri-
cula declinentur ueritati saepe contigua et examinatores contexendi
operis deinde non perferamus intempestiuos strepentes ut laesos, si
5 praeteritum sit, quod locutus est imperator in cena, uel omissum,
quam ob causam gregarii milites coerciti sunt apud signa, et quod

1 inpersiore **V** impensiore **E***SBAG* ‖ **2** proprioris **V** *restit. Samberger* propioris **E***BAG* ‖ **3** ueritatis **V** ueritati *Lind.* ‖ **5** locus ♂ **V** ‖ **6** quam ob quam **V** ob quam **E** *Kießl.* quam ob *BAG* | gr*egarii (*fu.* a) **V**

non decuerat in descriptione multiplici regionum super exiguis silere
castellis quodque cunctorum nomina, qui ad urbani praetoris offi-
cium conuenere, non sunt expressa, et similia plurima praeceptis
historiae dissonantia discurrere per negotiorum celsitudines assuetae, /
non humilium minutias indagare causarum, quas si scitari uoluerit 5
quispiam, indiuidua illa corpuscula uolitantia per inane, atomos,
2 ut nos appellamus, numerari posse sperabit. haec quidam ueterum
formidantes cognitiones actuum uariorum stilis uberibus explicatas /
non edidere superstites, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epistula/
Tullius quoque, testis reuerendus, affirmat. proinde inscitia uulgari 10
contempta ad residua narranda pergamus.

3 Hac uolubilium casuum diritate exitu luctuoso finita obituque
interuallato breui tempore principum corpore curato defuncti misso-
que Constantinopolim, ut inter Augustorum reliquias conderetur, /
progresso Nicaeam uersus exercitu, quae in Bithynia mater est ur- 15
bium, potestatum ciuilium militiaeque rectores magnitudine cura-
rum astricti communium interque eos quidam spe uana sufflati mo-
deratorem quaeritabant diu exploratum et grauem.

4 Et rumore tenus obscuris paucorum susurris nomen praestringe-
batur Equitii, scholae primae Scutariorum etiamtum tribuni, qui 20
cum potiorum auctoritate displicuisset ut asper et subagrestis, trans-
lata est suffragatio leuis in Ianuarium, Iouiani affinem, curantem
5 summitatem necessitatum castrensium per Illyricum. quo itidem
spreto, quia procul iacebat, ut aptus ad id, quod quaerebatur, atque
conueniens Valentinianus nulla discordante sententia numinis aspi- 25
ratione caelestis electus est, agens scholam Scutariorum secundam /
relictusque apud Ancyram postea secuturus, ut ordinatum est. et quia

1 discriptione V descriptione E*SBAG* || 2 quotque V quodque E*SBAG* || 3 conuenire V*B* conuenirent E*A* conuenere *G* || 4 celsitudinis V*BA* celsitudines E*G* || 5 inutias V minutias E*BAG* | sciscitari VE*B* si scitari *AG* || 6 quispiani ♂ V | indiuid[ua] V | illa *om.* *SBG* | inan**e (*fu.* ia) V || 8 stellis VE*BA* stilis E*m2* (*in marg.*) *G* || 9 epistola V || 10 referendus V reuerendus E*BAG* || 11 na[r]*randa (*fu.* tu) V || 12 uolabilium ♂ V | luctuosu V luctuoso E*SBAG* || 13 trium *ante* breui *add. Hadr. Val. in adn.* | principis E*BAG* || 15 binvthia V bithinia E Bithynia *BAG* || 16 potestatem V*BA* potestates E potestatum *G* | magnitudineque V*BA* *def. dubit. Blomgren* (*uel lac. suspic.*) magnitudine E*G* *def. Hartke* m. aeque *Pet.* || 19 tens V tenus E*SBAG* | perstringebatur *SBAG* || 20 aequitii V || 21 sub hac restis (r *ex* f *m2*) V subagrestis E*BAG* || 22 suffratio V suffragatio E*AG* suffectio *B* || 24 iacebat V *def. Hagend.* agebat *Kell. C.F.W.M. Wirz Bickel* | queraebatur ♂ V querebatur *SB* || 25 -ueniens — sen- *add.* V*m2 in marg.* | nominis V numinis E*BAG* || 27 anciram VE Anchyriam *S* Anchialam *B* Ancyram *AG*

nullo renitente hoc e re publica uidebatur, missis, qui eum uenire ocius admonerent, diebusque decem nullus imperii tenuit gubernacula, quod tunc uenisse extis Romae inspectis haruspex edixerat Marcus.

5 Inter haec tamen, ne quid nouaretur contrarium placitis neue armatorum mobilitas saepe uersabilis ad praesentium quendam inclinaret arbitrium, attente prouidebat Equitius et cum eo Leo adhuc sub Dagalaifo magistro equitum rationes numerorum militarium tractans,/ exitialis postea magister officiorum, exercitus uniuersi iudicium, / 10 quantum facere nitique poterant, ut Pannonii fautoresque principis designati formantes. 6

Qui cum uenisset accitus, implendique negotii ... praesagiis, ut opinari dabatur, uel somniorum assiduitate nec uideri die secundo nec prodire in medium uoluit bissextum uitans Februarii mensis, tunc 15 illucescens, quod aliquotiens rei Romanae fuisse norat infaustum. / cuius notitiam certam designabo. 7

Spatium anni uertentis id esse periti mundani motus et siderum definiunt ueteres, inter quos Meton et Euctemon et Hipparchus et Archimedes excellunt, cum sol perenni rerum sublimium lege polo percurso 20 signifero, quem zodiacum sermo Graecus appellat, trecentis et sexaginta quinque diebus emensis et noctibus ad eundem redierit cardinem, ut, uerbo tenus, si a secunda particula elatus Arietis ad eam dimensione redierit terminata. sed anni interuallum uerissimum me- 8 9

1 e *add.* E*BAG* ex *Blomgren* | missis V *def. Pighi Blomgren Hartke* missi sunt *Günther Pet.* || 2 diebusque VE*B restit. Pet.* diebus *AG* | nullis V nullus E*SBAG* || 3 uenisse V *def. Pet. Pighi* euenisse *G* | adixerat *S* dixerat *BG* || 6 ad *add.* V*m2 sup. lin. om. SBG* || 7 arbitrum *SBG* | adtente *ex* attente (*m2*)V | coleo VE Caleo *SBA* eo Leo *G* || 11 formantes V *restit. Sey.* firmantes *Hadr. Val. prob. C. F. W. M.* || 12 consideraret magnitudinem, monitus *post* negotii *add. Günther* praescius *Pet. lac. indic. Cl.* || 12.13 praesagii sutorinari dabatur V p. scitori mandabatur E p. subodorari dabatur *B* praesagiis, ut opinari d. *A* praesagus, ut subodorari d. *G* || 13 uel *om. SB* | uidefidie V uideri die E*AG* cui diffidie *S* cui diffidiae *B lac. ante* nec[1] *indic. Harmon* || 14 febroarii V Februarii E*SBAG* || 15 inluciacens V inluciascens E illucescens *BAG* | romana V Romanae E*SBAG* | fuisse] quis E*m2* | pignorat V ignorat E*m2* cognorat *BAG* dignorat *Hadr. Val. Nov.* (*postea*) norat *Nov.* (*antea*) *Walter* || 16 plenius *ante* designabo *add. Her. c. c.* nunc *Nov.* impigre *Walter* || 17 ide (*lac. 2 litt.*) V cicle E idem *SBA* (iid-) id esse *G* || 18 memonet euc (*ex* auc) temonet hi parichus V m. (*lac. 9 litt.*) hipparcus E Victorinus, Hypparcus *B* (me monet *post* excellunt *tr.*) *A* Menon et Euctemon et Hipparchus (-chus *iam* b_2) *G* Meton *Lind. in adn.* || 19 percusso VE perculso *B* percurso *AG* || 22 particulae latus VE particula l. *S* p. *BA* p. elatus *G* || 23 dimensionem V dimensione *G*

moratis diebus et horis sex ad usque meridiem concluditur plenam / annique sequentis erit post horam sextam initium porrectum ad uesperam. tertius a prima uigilia sumens exordium ad horam noctis extenditur sextam. quartus a medio noctis ad usque claram trahitur
10 lucem. ne igitur haec computatio uariantibus annorum principiis et 5
quodam post horam sextam diei, alio post sextam excurso nocturnam,/ scientiam omnem squalida diuersitate confundat et autumnalis mensis inueniatur quandoque uernalis, placuit senas illas horas, quae quadriennio uiginti colliguntur atque quattuor, in unius diei noctisque
11 adiectae transire mensuram. hocque alte considerato eruditis conci- 10
nentibus multis effectum est, ad unum distinctumque exitum circumuersio cursus annui reuoluta nec uaga sit nec incerta nulloque errore deinceps obumbrata ratio caelestis appareat et menses tempora
12 retineant praestituta. haec nondum extentis fusius regnis diu ignorauere Romani perque saecula multa obscuris difficultatibus implicati / 15
tunc magis errorum profunda caligine fluctuabant, cum in sacerdotes potestatem transtulissent intercalandi, qui licenter gratificantes publicanorum uel litigantium commodis ad arbitrium suum subtrahe-
13 bant tempora uel augebant. hocque ex coepto emerserunt alia plurima, quae fallebant, quorum meminisse nunc superuacuum puto. qui- 20
bus abolitis Octauianus Augustus Graecos secutus hanc inconstantiam correcta turbatione composuit spatiis duodecim mensuum et sex horarum magna deliberatione collectis, per quae duodecim siderum domicilia sol discurrens motibus sempiternis anni totius interualla concludit.
14 quam rationem bissexti probatam etiam uictura cum saeculis Roma/ 25
adiumento numinis diuini fundauit. proinde pergamus ad reliqua.

1 ad usque *ex* usque ad (*m2*) V | plenum *BA* || 3 hora V horam E*SBAG* || 4 a media V*AG* a medio E *Hadr. Val.* media *B* | usque ad *tr. SBG* || 5 haec] nec V haec E*SBAG* | et V *def. Damsté* ut *Pet.* || 6 diem V die E*SBA* diei *G* | excursa *Gron.* exorso *Damsté* || 7 diuersit ne V diuiserit ne E diuisione *BAG* diuersitate *Val.* (W*m2*) || 10 ad[iect]ae V || 11 ut *ante* ad *add. G reiec. Blomgren* | conuersio *SBG* || 12 cursus *om. SB* | anni *SBA* (*postea corr.*) *G* | nec (*lac. 2 litt.*) in V necque in E nec in *SBA* nec incerta *G* | ullo E*A* nullo *SB* || 13 obumbratam V obumbrata E*SBAG* | mensis VE et menses E*m2G* menses *BA asynd. def. Blomgren* || 14 ignouere V ignorauere E*BAG* || 17 inter kalendi V intercalandi E*BAG* | quiligentes V diligentes cum E diligentiam *BA* qui libenter *G* qui licenter *Val.* || 18 ab V ad E*AG* ob *SB* | detrahebant *BAG* || 19 excepto merserunt V e. emerserunt *G* ex coepto *Hadr. Val.* || 20 super acuum V superuacuum E*SBAG* || 21 abolitus V abolitis E*SBAG* | octouianus V Octauianus E*SBAG* | secutos V secutus E*SBAG* || 22 correpta VE correcta *BAG* | mensium E*SBAG* || 23 per que V per quae *Lind.* || 24 montibus V motibus E*SBAG* || 25 quam ratione V qua r. E quam rationem *BAG* || 26 nominis V numinis E*SBAG*

Elapso die parum apto ad inchoandas rerum magnitudines, ut qui- 2
dam existimant, propinquante iam uespera monitu praefecti Salutii /
sub exitii denuntiatione statutum est prompta consensione cuncto-
rum, ne potioris quisquam auctoritatis uel suspectus altiora conari /
5 procederet postridie mane. cumque multorum taedio, quos uotorum 2
inanitas cruciabat, tandem finita nocte lux aduenisset, in unum
quaesito milite omni progressus Valentinianus in campum permissus-
que tribunal ascendere celsius structum comitiorum specie uoluntate
praesentium secundissima ut uir serius rector pronuntiatur imperii. /
10 mox principali habitu circumdatus et corona Augustusque nuncupa- 3
tus cum laudibus amplis, quas nouitatis potuit excitare dulcedo, prae-
meditata dicere iam parabat. eoque, ut expeditius loqueretur, bra-
chium exsertante obmurmuratio grauis exoritur concrepantibus cen-
turiis et manipulis cohortiumque omnium plebe urgentium destinate /
15 confestim imperatorem alterum declarari. quod licet nonnulli existima- 4
runt paucis corruptis ad gratiam fieri despectorum, ex eo tamen id
frustra creditum uidebatur, quod non emercati, sed consoni totius
multitudinis paria uolentis clamores audiebantur documento recenti
fragilitatem pertimescentis sublimium fortunarum. dein ex susurris
20 immaniter strepentis exercitus cieri tumultus uiolentior apparebat /
et confidentia militis erumpentis interdum ad perniciosa facinora
timebatur. quod Valentinianus magis prae cunctis ne fieret extimes- 5
cens, elata propere dextera ui principis fiducia pleni ausus increpare
quosdam ut seditiosos et pertinaces cogitata nullis interpellantibus
25 absoluebat:

„Exsulto, prouinciarum fortissimi defensores, et prae me fero sem- 6
perque laturus sum nec speranti nec appetenti moderamina orbis

1 parum paruim apto **V** parum apto **E***SBAG* | inchoanda **V** inchoandam **E***BAG* inchoandas *Val.* | magnitudinis **V** magnitudinem **E***BAG* magnitudines *Val.* (**W***m2*) || **2** profecti **V** praefecti **E***BAG* | saluti **V** Salutii **E***A* salus *B* Salustii *G* || **4** ab ora **V** ab hora **E***SBA* altiora *G* | conaretur *BA* || **5** procedere **V** procederet *G* || **8** tractum **V***A* tractus **E** actum *B* structum *G* | et *ante* uoluntate *add.* *BAG* || **9** pector **V** imperator **E** pecto *S* dicto *B* rector *AG* || **10** [a]ugustusque **V** || **11** excogitatare *B* excogitare *G* || **12** perabati **V** parabat **E***AG* properabat *B* || **13** exertamte *ex* exertete (*m2*) **V** exertante **E***SBAG* || **15** declari **V** declarari **E***SBAG* || **16** ex *om.* *SB* || **16.17** infrustra **V** id frustra **E***G* ui sinistra *SBA* || **17** emercatis **VE** emercati *BAG* || **18** uolentes **VE***B* uolentis *AG* || **19** pertimescentes **V** pertimescentis *G* | Deinde *BG* || **20** strepentes **VE** strepentis *BAG* || **21** erumpentes **V***BA* erumpentis **E***m2G* || **22** fierent **VE** fieret *SBAG* || **23** prospere **V***BAG* *om.* **E** propere *Pricaeus Btl.* | ui] ni **V** ut **E***G* in *SBA* ui *Val. in adn.* | principes **VE** principis *SBA* princeps *G* | plenus *G* || **26** defensoris **V** *corr.* *m3*

7 Romani mihi ut potissimo omnium uestras detulisse uirtutes. quod erat igitur in manu positum uestra nondum electo imperii formatore, / utiliter gloriose complestis ascito honorum uerticem eo, quem ab ineunte adolescentia ad hanc usque aetatis maturitatem splendide integreque uixisse experiundo cognostis. proinde pacatis auribus ac- 5 cipite, quaeso, simplicioribus uerbis, quod conducere arbitror in
8 commune. adhiberi oportere in omnes casus socia potestate collegam / contemplatione poscente multiplici nec ambigo nec repugno curarum aceruos et mutationes uarias accidentium ipse quoque ut homo formidans. sed studendum est concordiae uiribus totis, per quam res quo- 10 que minimae conualescunt, quod impetrabitur facile, si patientia uestra cum aequitate consentiens id mihi, quod mearum est partium,
9 concesserit libens. dabit enim, ut spero, fortuna consiliorum adiutrix bonorum, quantum efficere et consequi possum, diligenter scrutanti moribus temperatum. ut enim sapientes definiunt, non modo in im- 15 perio, ubi pericula maxima sunt et creberrima, uerum etiam in priuatis cotidianisque rationibus alienum ad amicitiam, cum iudicauerit quisquam prudens, adiungere sibi debebit, non cum adiunxerit, iudi-
10 care. haec cum spe laetiorum polliceor, uos firmitatem factorum retinentes et fidem, dum hiberna patitur quies, animorum reparate uigo- 20 rem atque membrorum ob nuncupationem augustam debita protinus accepturi.“

11 Finita oratione, quam auctoritas erexerat inopina, flexit imperator in suam sententiam uniuersos consiliique eius uiam secuti, qui paulo ante flagrantissimis uocibus aliud postulabant, circumsaeptum aquilis 25 et uexillis agminibusque diuersorum ordinum ambitiose stipatum / iamque terribilem duxerunt in regiam.

8 Dum haec in oriente uolubiles fatorum explicant sortes, Apronianus regens urbem aeternam, iudex integer et seuerus, inter curarum prae-

3 et *post* utiliter *add.* E*BAG* *reiec. Blomgren* | ad *ante* honorum *add.* E in *AG reiec. Pighi* | uertice *SB* || 4 adbuliscentia (b *del. m2*) V | aetas V aetatir E*SBAG* || 5 cognoscitis *SB* || 6 supplicibus *Corn.* || 7 casas ♂ V || 9 accedentium VE accidentium *SBAG* || 10 quoque *om. SB* || 11 minim*e (*fu.* a) V minime E*G* iunctiue *S* iunctiuae *B* minimae *A Lind.* | interpretabitur *SBG* || 14 efficerent V efficere E*BAG* || 14.15 crutantibus V scrutantibus E*S Val. in adn.* perscrutari *BA* scrutanti *G* s. moribus *Pet.* || 15 temperamentum E*m2G* temperatim *S* temperantiam *BA* | in *add. G* || 16 ubi] ut ubi V ubi E*AG* ut tibi *S* ibi *B* || 17 cottidianisque V || 19 spe *post* laet. *tr. SBG* | lectiorum V laetiorum E*SAG* laetiori *B* || 21 augustum V augustam E*BAG* || 25 alium E*A* *Damsté* | circumspectum V *def. Pet.* circumseptum E*SBAG* || 25.26 aquilis – stipatum *om. SB* || 26 ambitiosa estipatum V *corr. m3* || 29 egens ♂ V regem *S* reginam *B*

cipua, quibus haec praefectura saepe sollicitatur, id primum opera
curabat enixa, ut ueneficos, qui tunc rarescebant, captos postque
agitatas quaestiones nocuisse quibusdam apertissime confutatos in-
dicatis consciis morte multaret atque ita paucorum discrimine reli-
5 quos, si qui laterent, formidine parium exturbaret. haec egisse ideo 2
efficaciter fertur, quod Iuliani promotus arbitrio agentis etiamtum
per Syrias in itinere unum amiserat oculum, suspicatusque artibus
se nefariis appetitum iusto quidem, sed inusitato dolore haec et alia
magna quaeritabat industria. unde quibusdam atrox uisus est in am-
10 phitheatrali curriculo undatim coeunte aliquotiens plebe causas dispi-
ciens criminum maximorum. denique post huiusmodi uindicata com- 3
plura Hilarinum aurigam conuictum atque confessum uixdum pubes-
centem filium suum uenefico tradidisse docendum secretiora quae-
dam legibus interdicta, ut nullo conscio adminiculis iuuaretur inter-
15 nis, capitali animaduersione damnauit. qui laxius retinente carnifice /
subito lapsus confugit ad ritus Christiani sacrarium abstractusque
exinde ilico abscisa ceruice consumptus est. uerum haec similiaque 4
tum etiam ut coercenda mox cauebantur et nulli uel admodum pauci /
in his uersati flagitiis uigori publico insultarunt, sed tempore secuto
20 longaeua impunitas nutriuit immania usque eo grassante licentia, ut
imitatus Hilarinum quidam senator seruumque suum modo non per
syngrapham arcanis piacularibus inducendum commisisse doctori
malarum artium confutatus supplicium redimeret opima mercede, ut
crebrior fama uulgarat. isque ipse hoc genere, quo iactatum est, ab- 5
25 solutus, cum uitae pudere deberet et culpae, non abolendae incubuit
maculae, sed tamquam inter multos probrosos solus uacuus ab omni
delicto, phalerato insidens discurrensque per silices multa post se

3 apertissi V apertissime V*m3*E*A* aperte *BG* || 7 sirias V | in itenere V iter E in itinere *SBAG* | suspicatisque V*B* suspicatusque E*AG* || 8 inunitato V *corr. m3* inuitato E manifesto *B* || 9 magnaeritabat V magna quaeritabat E*G* m. irritabat *BA* || 10 circulo *SB* | plebes V plebs E*SB* plebe *AG* || 12 Hilarium *SBAG* || 13 sedocendum (se *del. m2*) V || 14 adminuculis V || 16 conficit V confugit E*BAG* | extractusque *SBAG* || 17 consumpta V consumptus E*BAG* || 18 coherenda V horrenda E coercenda *BAG* || 19 uersatis VE uersati *SBAG* || 20 inpunita V (*lac. 3 litt.*) E*B* impunitas *AG* | nutriunt E*SB* || 21 emit tatus V imitatus E*G* emittat *SBA* | Hilarium *SBAG* || 22 singrafam (m *ex* in *m2*) V | commisse V commisisse E*m2G* commissi *S* missi *B* commissae *A* (*postea corr.*) || 23 redimerent V*BA* redemerit E redimeret *G* | optima V opima *G* || 24 iactum V iactatum *G* || 25 adolendae V abolendae E*BAG* || 26 probros ♂ V || 27 faleratio VE phalerato *BAG def. Meurig-D.* equo *post* insidens *add.* E *ante* phalerato *G* iumento *ante* ph. *Her.*

nunc usque trahit agmina seruulorum per nouum quoddam insigne curiosius spectari affectans, ut Duilium accipimus ueterem post gloriosa illa naualis rei certamina id sibi sumpsisse, ut tibicine lenius praecinente rediret ad sua post cenam.

6 Sub hoc tamen Aproniano ita iugiter copia necessariorum exuberauit, ut nulla saltim leuia murmura super inopia uictui congruentium orerentur, quod assidue Romae contingit. 5

4 At in Bithynia Valentinianus princeps, ut praediximus, declaratus / dato in perendinum diem signo proficiscendi conuocatis primoribus / quasi tota consilia quam sibi placentia secuturus percunctabatur, / quemnam ad imperii consortium oporteret assumi, silentibusque cunctis Dagalaifus tunc equestris militiae rector respondit fidentius: „Si tuos amas“, inquit, „imperator optime, habes fratrem, si rem publi- 10
2 cam, quaere quem uestigas.“ quo dicto asperatus ille, sed tacitus et occultans, quae cogitabat, Nicomediam itineribus citis ingressus kalendis Martiis Valentem fratrem stabulo suo cum tribunatus dignitate 15
3 praefecit. indeque cum uenisset Constantinopolim, multa secum ipse diu uoluens et magnitudine urgentium negotiorum iam se superari considerans nihil morandum ratus quintum kalendas Apriles productum eundem Valentem in suburbanum uniuersorum sententiis concinentibus – nec enim audebat quisquam refragari – Augustum pronuntiauit decoreque imperatorii cultus ornatum et tempora diademate redimitum in eodem uehiculo secum reduxit participem qui- 20

1 nuncusque post se *tr.* **E** p. se uncus *B* p. se nunciisque *A* p. se unicus *G* || 2 pectari **V** peccati (*ante* curiosius *tr.*) **E** spectare **E***m2 in marg.* spectari *SBAG* | d*uillium (*fu.* i) **V** | accepimus **E***SBAG* | gloriosam **VE** (m *del.*) gloriosa *BAG* || 3 illanaualis *ex* illamualis **V** illam (m *del.*) naualis **E** illa n. *BAG* | sumpsisse ut ibi sumpsisse (ut ibi sumps. *del.*) **V** | ut tibi cinae *ex* utibi cenae (*m2*) **V** ut tibicine **E***SBAG* || 5 cupia **V** *corr. m3* | exuperauit **V** exuberauit *G* || 7 oreretur **V** oriretur **E***SA* orietur *B* orirentur b_2 *G* orerentur *Eyss.* || 8 bithinia **V** || 9 sic non **V** signo **E***BAG* || 10 tota **V** *restituimus* (*cf. 25, 4, 11. 27, 8, 9*) tuta *Val.* | q (u *supra*) **E** quae *BA* tanquam *G* || 12 haec torres pondit **V** rector respondit **E***BAG* || 13 inquit, amas *tr.* *SBAG* | inquid ♂ **V** | [ferrat] rem **V** fratrem **E***SBAG* || 14 uestigas **V** *restituimus* uestias *Lind. in adn.* (**W***m2*) destines *Corn.* seligas *Damsté* deligas *Hartke* inuestigas *dubit. Sey.* || 15 teneribus **V** itineribus **E***BAG* || 17 ipe ♂ **V** || 18 diuoluens **V***BG* *notau. ut hapaxleg. Langen Georges def. Pighi* euoluens **E** deuoluens *SBA* diu uoluens *Wirz Corn. def. Hartke* | magnitudini *G* | urgentia **VE** (negotiorum *om.*) urgente *BA* urgenti *G* urgentium *Val.* | sese parari **V***A* se separari **E***SB* se separare b_2 sese parare *G* se superari *Val.* || 19 quintum *om.* *SBG* || 22 decoro *B* decoraque *A* | imperatori **V** imperatorio **E** imperatorioque *B* imperatorii *AG* | cultu **E***B* || 22.23 diadema tere mitit dum **V** diademate redimitum **E***AG* d. remittit dum *S* d. redimit dum *B*

dem legitimum potestatis, sed in modum apparitoris morigerum, ut
progrediens aperiet textus.

Quibus ita nullo interturbante perfectis constricti rapidis febribus / 4
imperatores ambo diu spe uiuendi firmata, ut erant in inquirendis
5 rebus grauiores quam in componendis, suspectas morborum causas
inuestigandas acerrime Vrsatio officiorum magistro, Delmatae crudo, /
et Viuentio Sisciano quaestori tunc commiserunt, ut loquebatur per-
tinax rumor, inuidiam cientes Iuliani memoriae principis amicisque
eius tamquam clandestinis praestigiis laesi. sed hoc euanuit facile ne
10 uerbo quidem tenus insidiarum indicio ullo reperto.

Hoc tempore uelut per uniuersum orbem Romanum bellicum ca- 5
nentibus bucinis excitae gentes saeuissimae limites sibi proximos per-
sultabant. Gallias Raetiasque simul Alamanni populabantur; Sarma-
tae Pannonias et Quadi; Picti Saxonesque et Scotti et Attacotti Bri-
15 tannos aerumnis uexauere continuis; Austoriani Mauricaeque aliae
gentes Africam solito acrius incursabant; Thracias et diripiebant
praedatorii globi Gothorum. Persarum rex manus Armeniis iniectabat/ 6
eos in suam dicionem ex integro uocare ui nimia properans, sed iniuste,
causando, quod post Iouiani excessum, cum quo foedera firmarat et
20 pacem, nihil obstare debebit, quo minus ea recuperaret, quae antea
ad maiores suos pertinuisse monstrabat.

Acta igitur tranquillius hieme concordissimi principes, unus nuncu- 5
patione praelatus, alter honori specie tenus adiunctus, percursis Thra-
ciis Naissum aduenerunt, ubi in suburbano, quod appellatum Mediana

4 in *add. Lind.* || 5 grauiores **V** *restit. Nov.* gnauiores *G* | in *ante* componendis *om. G* || 6 delmate **V** declinato *SB* dalmate *A* Dalmatae *G* Delmatae *Hadr. Val.* || 7 iuuentio **V***BAG* Viuentio **E** *Meyer Spir.* | Titiano *SBA* || 8 rumori **V** rumor **E***BAG* || 9 clam destinis praestigii lesis **V** clandestinis praestigiis laesi **E***G* clandestine praestringi laesis *SB* c. praestigii l. *A* || 10 tenes **VE** tenus *BAG* || 12 extitae **VE** extitere *B* excitae *AG* | uentes **V** gentes **E***AG* euentus *SB* | seuissimi **V***B* saeuissimae **E***AG* | persultabat **V** persultabant **E***AG* || 13 alamnni ♂ **V** Alemani *B* Alemanni $b_1 b_2$*G* || 14 pannonis **V** Pannonias **E***m2 G* Pannones *SBA* | recti **V** Rheti *BA* Picti *G* | que *om. SBG* | secuti ♂ **V** Scoti *SBAG* | ata citti **V** Ataciti *SBA* (-citti) Attacotti *G* | uritanos **V** Britannos *BAG* || 15 continis ♂ **V** || 16 affricam **V** | incusabant **V** *corr. m3* incusant *S* incursant *B* | thracias et **V** *def. Blomgren Bickel Frassinetti reiec. Bae.* et T. *tr. BA* Thracias *G def. Pet. lac. post* et *indic. Cl.* Moesias *add. Her.* Pannonias *Nov.* || 17 globui (b *del. m2*) **V** globi **E***SBAG* || 18 uinemia **V** numomia *S* Numomiam *B* ui nimia *AG* || 19 foedus *SBAG* || 20 debebat *BAG* | ante b_2*G* || 22 hic me **V***B* hyeme **E***AG* | concordissimo principe **V** concordissimi principes *G* || 23 honore **V** honori *Momms. Pet.* | percussis **VE** percursis *BAG* | thracis **V** Traciis **E** Tracis *B* Thraciis *AG* || 24 nae sum **V** Nessum **E** nesum *SB* Naessum *AG* | suburbio *SBG*

a ciuitate tertio lapide disparatur, quasi mox separandi partiti sunt
2 comites. et Valentiniano quidem, cuius arbitrio res gerebatur, Iouinus
euenit dudum promotus a Iuliano per Gallias magister armorum, et
Dagalaifus, quem militiae rectorem prouexerat Iouianus; in orientem
uero secuturus Valentem ordinatus est Victor ipse quoque iudicio 5
principis ante dicti prouectus, cui iunctus est Arintheus. Lupicinus
enim, pridie a Iouiano pari modo promotus, magister equitum partes
3 tuebatur eoas. tunc et Equitius Illyriciano praeponitur exercitui, /
nondum magister, sed comes, et Serenianus olim sacramento digressus
recinctus est ut Pannonius sociatusque Valenti domesticorum prae- 10
fuit scholae. quibus ita digestis et militares partiti sunt numeri.

4 Et post haec cum ambo fratres Sirmium introissent, diuiso palatio,
ut potiori placuerat, Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim
5 Valens discessit. et orientem quidem regebat potestate praefecti Sa-
lutius, Italiam uero cum Africa et Illyrico Mamertinus et Gallicas 15
6 prouincias Germanianus. agentes igitur in memoratis urbibus prin-
cipes sumpsere primitus trabeas consulares omnisque hic annus dis-
7 pendiis grauibus rem Romanam afflixit. Alamanni enim perrupere
Germaniae limites hac ex causa solito infestius moti. cum legatis
eorum missis ad comitatum certa et praestituta ex more munera prae- 20
beri deberent, minora et uilia sunt attributa, quae illi suscepta furen-
ter agentes ut indignissima proiecere. tractatique asperius ab Vrsatio
tunc magistro officiorum iracundo quodam et saeuo regressi factum-
que exaggerantes ut contumeliose despectas gentes immanissimas
concitarunt. 25

8 Et circa id tempus aut non multo posterius in oriente Procopius
in res surrexerat nouas. quae prope kalendas Nouembres uenturo
Valentiniano Parisios uno eodemque nuntiata sunt die.

1 separando **V** sperando *S* spem *B* separandi *AG* | parti hi **V** partiti **E***B* *AG* || 2 Iouianus **V** Iouinus *G* || 4 prouexerant **V** prouexerat **E***G* peruexerunt *SB* peruexerat *A* || 6 ante dictis **V***A* a. dicti **E***G* aurelictis *S* relictus *B* || 7 pridie **V***BA* *def. Fletcher* pridem **E***G* || 8 aequitius **V** | illiriciano **V** Illiricano *S* Illyricano *B* Illyriciano *AG* || 10 profuit **V** praefuit **E***SBAG* || 11 sholae **V** | sunt *add. Cl. Harmon c. c. def. Blomgren Bae.* || 12 auibo ♂ **V** || 14 Salustius *SB* Sallustius b_2G || 15 illirico **V** | Gallias *SBAG* || 16 Germanias *SB* Germanus b_2G || 17 sumpserit **V***B* sumpserunt **E**b_2G sumpsere *A* || 18 Alemani *B* Ale-manni b_1b_2G || 19 milites **V***B* limites **E***AG* | haec **V** hac **E***SBAG* || 21 utilia *SB* uiliora b_2G | suspecta **V***A* suscepta **E***G* sumpta *SB* || 22 agens **V** agente *B* agentes *AG* | tractumque **V** tractatique **E***m2G* actumque *BA* || 27 re **V** res **E***AG* *om. SB* || 28 parisios **V** *lac. 5 litt. post* P. *G* uno *add. Her.* eo denique *Pet.* | nuntiata **V** *def. Blomgren* nuntiatae *Pet.*

Et Alamannis quidem occursurum Dagalaifum pergere mature prae- 9
cepit, qui uastitatis propinquioribus locis longius discesserant incru-
enti. super appetitu uero Procopii, antequam adolesceret, reprimendo/
curis diducebatur ambiguis ea potissimum ratione sollicitus, quod
5 ignorabat, utrum Valente superstite an exstincto memoratus impe-
rium affectarat. Equitius enim relatione Antoni tribuni accepta agen- 10
tis in Dacia mediterranea militem, qui nihil praeter negotium ipsum
auditum obscure significabat, ipse quoque nondum liquida fide com-
perta simplicibus uerbis principem gestorum conscium fecit. his co- 11
10 gnitis Valentinianus eodem Equitio aucto magisterii dignitate repedare
ad Illyricum festinabat, ne persultatis Thraciis perduellis iam for-
midatus inuaderet hostili excursu Pannonias. documento enim recenti
impendio terrebatur reputans paulo antea Iulianum contempto
bellorum ciuilium ubique uictore nec speratum ante nec exspectatum
15 ab urbe in urbem incredibili uelocitate transisse. uerum ardens ad red- 12
eundum eius impetus molliebatur consiliis proximorum suadentium
et orantium, ne interneciua minantibus barbaris exponeret Gallias /
neue hac causatione prouincias desereret egentes adminiculis magnis,/
iisque legationes urbium accessere nobilium precantes, ne in rebus
20 duris et dubiis impropugnatas eas relinqueret, quas praesens eripere
poterit discriminibus maximis metu ambitiosi nominis sui Germanis
incusso.

Tandem denique utilitate rei perpensius cogitata in multorum sen- 13
tentias flexus replicabat aliquotiens hostem suum fratrisque solius esse
25 Procopium, Alamannos uero totius orbis Romani; statuitque nus-
quam interim extra confinia moueri Gallorum. et ad usque Remos 14
progressus sollicitusque super Africa, ne repente perrumperetur, Neo-

1 Alemannis *BG* | perdere **VE***B* pergere *AG* || 2 uastatis *SBAG* | disces-
serat **V** discesserant *G* | incruentis **V***B* incruentus **E***A* incruenti *G* || 3 proco-
pia **V** Procopii **E***SBAG* || 4 deducebatur **V***BA* diducebatur *G* || 5 memoratum
BAG || 6 aequitus **V** Equitius **E***SBAG* | regentis *G* || 7 daciam et diterra-
nea **V** Dacia mediterranea **E***G* Daciam et mediterraneam *SBA* | que **VE***B*
qui *AG* || 11 illiricum **V** | testinabat **V** festinabat **V***m3 def. Kell. Gärtner* desti-
nabat **E***SBAG* || 13.14 contempto rebellorum **V** contemptorem bellorum **E***BA*
contempto imperatore b. *G* imp. *reiecimus* || 16 moliebatur **VE** uerebatur *B*
mouebatur *A* molliebatur *G* | ualentium **VE** uolentium *BA* suadentium *G* ||
17 exponere **V** *om.* **E** exponeret *BAG* || 18.19 maenisque **V** nimiis **E** in eius-
que *SBA* eius: iisque *G* magnis i. *Val.* || 21 ambitios inomnis **V** ambitiosi
nominis in **E** a. n. *SBAG* || 23 rei p. *Damsté prob. Miller* | perpensi use cogi-
tata **V** perpensius excogitata **E***BA* p. cogitata *G prob. C. F. W. M.* recogitata
Pet. | sentententias **V** || 25 Alamanico *S* Alemanico *B* Alemannos *G* | uero]
suo *S* situ *B* || 26 eladusque **V** et adusque **E***A* adusque *BG* || 27 ne ulterium **V**
Neuterium **E** ne Vulterium *S* V. *BAG* Neoterium *Hadr. Val. in adn.*

terium postea consulem, tunc notarium ad eandem tuendam ire disposuit et Masaucionem domesticum protectorem ea consideratione, quod ibi sub patre Cretione quondam comite educatus suspecta nouerat loca, hisque scutarium adiunxit Gaudentium olim sibi cognitum et fidelem. 5

15 Quia igitur uno eodemque tempore utrubique turbines exarsere maestissimi, competenti loco singula digeremus nunc partem in oriente gestorum, deinde bella barbarica narraturi, quoniam pleraque et in occidentali et in eoo orbe isdem mensibus sunt actitata, ne, dum ex loco subinde saltuatim redire festinamus in locum, omnia 10 confundentes squaliditate maxima rerum ordines implicemus.

6 Insigni genere Procopius in Cilicia natus et educatus ea consideratione, qua propinquitate Iulianum postea principem contingebat, a primo gradu eluxit et ut uita moribusque castigatior, licet occultus erat et taciturnus, notarius diu perspicaciter militans et tribunus / 15 iamque summatibus proximus post Constanti obitum in rerum conuersione uelut imperatoris cognatus altius anhelabat adiunctus consortio comitum et apparebat eum, si umquam potuisset, fore quietis 2 publicae turbatorem. hunc Iulianus Persidem ingrediens consociato pari potestatis iure Sebastiano in Mesopotamia cum manu militum 20 reliquerat ualida mandaratque, ut susurrauit obscurior fama — nemo enim dicti auctor exstitit uerus —, pro cognitorum ageret textu et, si subsidia rei Romanae languisse sensisset, imperatorem ipse se prouide-3 ret ocius nuncupari. qui iniuncta ciuiliter agens et caute Iuliani letaliter uulnerati funus et ad regenda communia comperit Iouianum 25 euectum falsoque rumore disperso inter abeuntis anhelitus animae eundem Iulianum uerbo mandasse placere sibi Procopio clauos sum-

1 tinc **V** tunc **E***SBAG* || 3 quod iui **V** quod ibi **E***G* qua diuo *SBA* quod diu *Val.* qua diu *Btl.* | suppratre (r *pr. del. m2*) **V** sub patre **E***SBAG* | comite quondam *tr. SBG* || 4 si **V** *corr. m3* || 7 metistissimi conpenti **V** moestissimi, competenti **E***SBAG* | digneremus **V** diggeremus **E** degeneraremus *B* digeremus *AG* || 8 orientem **V***B* oriente **E***AG* || 9 in *ante* occidentali *om. BG* | eo **V** eoo **E***BAG* | at citata **V** actitata **E***SBAG* agitata *C.F.W.M.* || 11 squadilitate **V** squaliditate **E***AG* squalitate *SB* | ordinem *SBAG* || 12 edocatus **V** *corr. m3* || 13 quod *Nov. Löfst.* || 14 castigatio **V** castigato **E** castigatus *BA* castigatior *G* || 16 proximo **V** proximus **E***BAG* || 17 admictus *S* admixus *B* admixtus *G* || 18 appellabat **V** apparebat **E***BAG* || 19.20 consocii topari **V** consecute (*?*) pari **V***m3* consociato p. **E***G* cum sociis copari *S* c. s. comperatis *B* c. s. compari *A* || 22 agere **V** ageret *G* || 23 sensissent **V***BA* sensisset **E**b_2*G* || 26 obeuntis *SBAG* | anhillitus **V** hanelitus **E** anhelitus *SBAG* || 27 uero **V***BA* uere **E** *om. G* uerbo *Madv.* | sumae **V** summae **E***AG* summam *B*

mae rei gerendae committi ueritus, ne hac ex causa indemnatus occideretur, e medio se conspectu discreuit maxime post Iouiani territus necem, notariorum omnium primi, quem Iuliano perempto ueluti dignum imperio paucis militibus nominatum nouaque exinde coeptare
5 suspectum cruciabiliter didicerat interfectum. **4** et quia se quaeri industria didicerat magna, uitans grauioris inuidiae pondus ad abdita longiusque remota discessit. cumque a Iouiano exploratius indagari latibula sua sentiret et formae uitae iam fuisset pertaesum — quippe a celsiore statu deiectus ad inferiora etiam edendi penuria in locis
10 squalentibus stringebatur hominumque egebat colloquiis —, postremae necessitatis impulsu deuiis itineribus ad Calchedonos agrum peruenit. **5** ubi quoniam ei illud firmius uisum est receptaculum apud fidissimum amicorum delitescebat, Strategium quendam ex palatino milite senatorem, Constantinopolim, quantum fieri poterat, clanculo
15 saepe intermeans, ut indicio eiusdem Strategii patuit, postquam saepius in factionis conscios inquisitum. **6** ritu itaque sollertissimi cuiusdam speculatoris ignotus ob squalorem uultus et maciem rumusculos colligebat tunc crebrescentes, ut sunt acerba semper instantia, incusantium multorum Valentem quasi cupiditate aliena rapiendi succensum.
20 **7** cuius diritati adiectum erat incentiuum exitiale socer Petronius ex praeposito Martensium militum promotus repentino saltu patricius / animo deformis et habitu, qui ad nudandos sine discretione cunctos immaniter flagrans nocentes pariter et insontes post exquisita tormenta quadrupli nexibus uinciebat, debita iam inde a temporibus

1 committi *om.* *SB* | bacritus **V** ac territus **E** quare accitus *B* Q. ueritus *A* u. *G* | haec **V** hac **E***SBAG* || **2** disseruit **V***AG* distraxit **E** deseruit *S* deseri *B* discreuit *Lind. prob. Bae.* || **3** que **VE** quem *AG* | perempto *ex* peremto **V** || **5** cruciabili *BA* | dediceret **V** didicerat **E***m2* *G* nece *BA* | et *add.* *G* || **6** atabaldita **V** ad abdita **E***m2* *G* Ecbatana *BA* || **8** sentire et **V** sentiret, et **E***G* s. *BA* | formae **V***G* ferinae **E** *Pricaeus* formulae *BA* | uita **V** uitae **E***SBAG* || **9** inferi **VE** deteriora *B* inferiora *AG* | loci **V** locis **E***BAG* || **10** aegebat **V** egebat **E***SAG* agebat *B* || **11** debiis **V** dubiis **E***SBA* deuiis **E***m2* (*in marg.*) *G* | iteneribus ♂ **V** | chalcedonos **V***A* calchedonensem **E** Calardonium *B* Chalcedonium *G* || **12** ei] et **V** *om.* *G* ei *Haupt* | firmios **V** firmius **E***SBAG* || **14** senatore **V***BA* senatorem **E***G* | poterant **V** poterat **E***SBAG* || **15** interineans **V** inter in (*lac. 6 litt.*) **E** intermeans *SBAG* | strategi **V** Strategii *G* *Cl. c. c.* | saepios **V** saepius **E***SBAG* || **16** est *ante* inquisitum *add.* *G* *reiec. Blomgren* || **17** ob squalorem multis *S* m. ob s. *B* uultu ob s. *G* | et in aciem *SB* | fumusculis **VE** fumusculos *BA* *def. Meurig-D.* rumusculos *G* || **18** acerua **V** acerba **E***BAG* || **19** successum **V***B* incensum **E** succensum *AG* || **20** incentiu uexitiale **V** incentiuum exitiale **E***BAG* || **21** milit*um (*fu.* i) **V** || **22** animo — nudandos si- *add.* **V***m2* *in marg.* || **23** innocentes *SBG* | sontes *SBG* || **24** quadruplicibus *BAG*

principis Aureliani perscrutans et impendio maerens, si quemquam
8 absoluisset indemnem. cuius morum intolerantiae haec quoque per-
nicies accedebat, quod, cum ditaretur luctibus alienis, erat inexora-
bilis et crudelis et in rapido corde rudissimus nec reddendae nec
accipiendae rationis umquam capax inuisior Cleandro, quem agen- 5
tem sub imperatore Commodo praefecturam sublata uecordia diuer-
sas legimus uexasse fortunas, et onerosior Plautiano, qui praefectus
itidem sub Seuero ultra mortale tumens cuncta confuderat, ni gladio
9 perisset ultore. haec lacrimosa, quae incitante Petronio sub Valente
clausere multas paupertinas et nobiles domus, impendentiumque spes 10
atrocior prouincialium et militum paria gementium sensibus imis
haerebant et uotis licet obscuris et tacitis permutatio status praesen-
10 tis ope numinis summi concordi gemitu poscebatur. quae Procopius
latenter accipiens arbitratusque, ubi felicius acciderit fatum, negotio
leui ad apicem summae potestatis assumi subsidebat ut praedatrix 15
11 bestia uiso, quod capi poterat, protinus eruptura. cui in haec, quae
maturabat, ardenti fors hanc materiam dedit impendio tempestiuam.
consumpta hieme festinans ad Syriam Valens iamque fines Bithyno-
rum ingressus docetur relationibus ducum gentem Gothorum ea tem-
pestate intactam ideoque saeuissimam conspirantem in unum ad 20
peruadenda parari collimitia Thraciarum; hocque cognito, ut imprae-
pedite ipse pergeret, quo tendebat, sufficiens equitum adiumentum
et peditum mitti iussit ad loca, in quibus barbarici timebantur ex-
12 cursus. dimoto itaque longius principe Procopius aerumnis diuturnis
attritus et uel atrocem mortem clementiorem ratus malis, quibus 25

1 merens **VE** moerens *BAG* || 3 accidebat **V***B* accedebat **E***AG* || 4 in*rapido (*fu.* t) **V** intrepido *Haupt* in rabido *Walter* (N*m2*) *prob. Miller* | rudissimus **V***AG def. Miller* c rudissimus (c *del.*) **E** crudissimus *B Haupt Walter* durissimus *Btl.* || 6.7 di*uersas (*fu.* u) legibus **V** diuersas l. **E***S* demersum egit *B* diuersas legitur *A* d. legimus *G* || 7 uexasse *om. SB* | fortunas, et] in fortunam is *B* || 8 mortale **V** *def. Bae. Fletcher* mortalem *Pet.* | confunderat **V** confuderat **E***S BAG* | ne **VE** ni *BAG* || 9 ultori **VE** ultore *BAG* || 10 claure **V** clausere **E***G* et Caro *BA* | domos **E***SBAG* || 11 himis **V** imis **E***AG om. SB* || 13 nominis **V** numinis **E***SBAG* || 14 adsiderit **VE** adsederit *SBA* acciderit *G* || 15 pedatrix **V** pedatrix (u above p) **E** uenatrix **E***m2 in marg.* praedatrix *BAG* || 16 poterat **V** poterit *C.F.W.M. Haupt* potuerit *dubit. Cl. c. c. in app.* | haec **V** ad *C.F.W.M.* ad haec *Kell.* (*uel l. 17* audendi *pro* ardenti) *Nov.* in haec *Cl.* || 17 ardenti] audendi *Btl.* | hac **V** hanc **E***SBAG* | inpensio **V** impendio **E***BAG* || 18 siriam **V** | iam *SBG* || 19 Gotorum *SB* Gotthorum $b_1 b_2$ *G* || 20 idenque *B* eandemque b_2 *G* | seuissimi *S* saeuissime *BAG* || 21 hoc quoque **V** hocque **E***SBAG* | agnito *SBA* | in praepedito **V** impraepedite *Kell.* || 24 in dimoto (in *del.*) **V** || 25 et *om. SBAG* | ad trocem **V** | dementiorem **V** clementiorem **E***SBAG* | magis **VE***B* malis *AG*

afflictabatur, aleam periculorum omnium iecit abrupte et extrema
iam perpeti nequaquam timens praeeunte perdita ratione facinus
adoritur audacissimum; Diuitenses Tungricanosque Iuniores ad pro-
cinctum urgentem per Thracias inter alios celerare dispositos et Con-
5 stantinopoli moraturos sollemniter biduum per quosdam ex isdem
numeris notos sollicitare properans, quia cum omnibus loqui peri-
culosum erat et arduum, fidem paucorum elegit. qui pellecti spe 13
praemiorum ingentium sub consecratione iuris iurandi promisere se
quae uellet cuncta facturos, fauorem quoque polliciti conturmalium, /
10 inter quos ipsi potiorem locum obtinebant in suadendo stipendiis ex-
cellentes et meritis. utque condictum est, ubi excanduit radiis dies, / 14
idem Procopius diductus in cogitationes uarias Anastasianas balneas
petit a sorore Constantini cognominatas, ubi locata nouerat signa, /
doctusque per arcanorum conscios omnes in eius studium consensisse/
15 societate coita nocturna fide salutis data libenter admissus consti-
patione uendibilium militum cum honore quidem, sed in modum tene-
batur obsessi, qui ut praetoriani quondam post Pertinacis necem lici-
tantem imperii praemia Iulianum susceperant, ipsi quoque Proco-
pium infausti dominatus exordia molientem attenti ad omne com-
20 pendium defenderunt.

Stetit itaque subtabidus – excitum putares ab inferis – nusquam 15
reperto paludamento tunica auro distincta ut regius minister indutus
a calce in pubem in paedagogiani pueri speciem purpureis opertus
tegminibus pedum hastatusque purpureum itidem pannulum laeua
25 manu gestabat, ut in theatrali scaena simulacrum quoddam insigne /
per aulaeum uel mimicam cauillationem subito putares emersum. ad 16

1 extrema V *def. dubit. Blomgren* extremaque *G* et extrema *Pet.* || 2 facimus V facinus E*SBAG* || 3 diuitensis V Dimictens is E Diuicensis *SB* Diuitenses *AG* | tunc grecanosque VE t. Gratanosque *SB* t. Graecanosque *A* Tungritanosque *G* Tungricanosque *Lind. in adn.* | minores *SB* || 5 hisdem VE*B* iisdem *AG* || 7 pellectis per V collectis per V*m3* pellecti spe E *Val.* perelectis per *S* perlecti per spem *BG* pellecti per s. *A* || 9 fauor V*B* fauorem E*AG* || 10 pollicior V pollicitatio E potiorem *BAG* | obtineat VE (opt-) obtinebant *BAG* || 11 et V est *Hadr. Val.* || 12 deductus V diductus *G* | uariis V uarias E*SBAG* || 13 sorores V*B* sorore E*AG* | locatas V locata E*BAG* || 15 fide latutis V fidelitatis E*SBA* fide salutis *G* || 16 uindi uilium V uindibilium E *om. SBA* uendibilium *G* || 18 praemera V praemia E*BAG* | susceperat VE susceperant *BAG* || 19 omnem VE omne E*m2 G* omen *BA* | compendii *SBA* || 20 deferunt *BA* || 23 c[a]lce V || 26 pura uleum V per aulaeum E*BAG* | miciam VE mimicam *B* (mimm-) *AG* infimam *Stangl* | caualltionem VE (caualt-) cauillationem *SBAG* machinationem *Madv.* cauationem *Nov. Stangl*

hoc igitur dehonestamentum honorum omnium ludibriose sublatus /
et ancillari adulatione beneficii allocutus auctores opesque pollicitus
amplas et dignitates ob principatus primitias processit in publicum /
multitudine stipatus armorum signisque sublatis erectius ire perge-
bat circumclausus horrendo fragore scutorum lugubre concrepan- 5
tium, quae metuentes, ne a celsioribus tectis saxis uel tegularum
fragmentis conflictarentur, densius ipsis galearum cristis aptabant.

17 Huic intimidius incedenti nec resistebat populus nec fauebat; ac-
cendebatur tamen insita plerisque uulgarium nouitatis repentina iu-
cunditate ea re potius incitante, quod Petronium, ut praediximus, 10
diuitias uiolenter augentem omnes eadem mente detestabant, qui
sepulta iam dudum negotia et rediuiuas nebulas debitorum in diuer-
18 sos ordines excitabat. cum itaque tribunal idem escendisset Procopius/
et cunctis stupore defixis timeretur silentium triste, procliuiorem
uiam ad mortem, ut sperabat, existimans aduenisse per artus tremore 15
diffuso implicatior ad loquendum diu tacitus stetit; pauca tamen
interrupta et moribunda uoce dicere iam exorsus, quibus stirpis pro-
pinquitatem imperatoriae praetendebat, leni paucorum susurro pretio
illectorum, deinde tumultuariis succlamationibus plebis imperator
appellatus incondite petit curiam raptim. ubi nullo clarissimorum, / 20
sed ignobilium paucitate inuenta palatium pessimo pede festinatis
passibus introiit.

19 Mirantur quidam profecto irrisione digna principia incaute coepta
et temere ad ingemiscendas erupisse rei publicae clades, ignari forsi-
20 tan exemplorum accidisse primitus arbitrantes. sic Adramytenus 25

1 dehonestate tum **V E** dehonestamentum *B A G* || 2 acillari **V** ancillari **E** *S B A G* || 3 pricipatus ♂ **V** || 5 circumclausos **V E** circumclauso *S B A* circumclausus *G* || 6 que **V** que *post* metuentes *tr.* **E** *om. S B A* quae *G* | tegularium **V** tegularum **E** *S B A G* || 7 frementis **V** fragmentis **E** *B A G* | confrictarentur **V** conflictarentur **E** *S B A G* conflictaretur *Momms.* || 8 Huic] huic hinc **E** Hinc *S B* | intimidius **V** *notau. ut hapaxleg. Langen Georges* timidius **E** *B A G* | incidenti **V** incedenti **E** *A G* incedentes *B* | restebat ♂ **V** || 9 fulgarium **V** uulgarium **E***m2 S B A G* | repentinae *Damsté reiec. Blomgren* || 11 detestabant **V E** *B def. Bickel* detestabantur *A G def. Harmon c. c.* || 13 tribunali demescendisset **V** tribunal adscendisset (d *pr. add. m2*) **E** tribunali descendisset *B A* tribunal idem ascendisset *G* || 14 timeretur **V** *B A G def. Blomgren* teneretur **E** *Haupt* timeret *Her.* | *triste (*fu.* s) **V** | procliuiorum **V** procliuiorem **E** *B A G* || 15 uitam **V** uiam *G* | existimant **V E** existimans *B A G* | atus ♂ **V** || 21 sedigno uilia **V** s. uili autem **E** sed ignobili *S B A G* ignobilium *Her.* || 23 inrisioni **V** *B* irrisione **E** *A G* | pricipia ♂ **V** | incute ♂ **V** || 24 emere **V** temere **E** *B A G* || 25 nec accidisse **E** accedisse *B* id accidisse b_2 *G* | adramtenus **V** Adramitenus **E** *B* Adramytenus b_2 *G* adramyttenus *A*

Andriscus de genere quidam infimae sortis ad usque Pseudophilippi nomen euectus bellis Macedonicis tertium addidit graue. sic Antiochiae Macrino imperatore agente ab Emesa Heliogabalus exsiluit Antoninus. ita inopino impetu Maximini Alexander cum Mamaea 5 matre confossus est. in Africa superior Gordianus in imperium raptus / aduentantium periculorum angoribus implicatus uitam laqueo spiritu intercluso profudit.

7 Igitur cuppediarum uilium mercatores et, qui intra regiam apparebant aut parere desierant quique coetu militarium nexi ad pacatiora 10 iam uitae discesserant, insoliti casus ambigua partim inuiti, alii uolentes asciscebantur, nonnulli omnia tutiora praesentibus rati e ciuitate occulte dilapsi imperatoris castra petiuere itineribus festinatis.

2 Hos omnes Sophronius uiuacissimo cursu praegressus tunc notarius, praefectus postea Constantinopoleos, Valentem a Caesarea Cappado- 15 cum iam profecturum, ut uaporatis aestibus Ciliciae iam lenitis ad Antiochiae percurreret sedes, textu narrato gestorum spe dubia ut in talibus percitum et stupentem auertit Galatiam res adhuc trepidas arrepturum.

3 Qui dum itineribus properat magnis, attentissima cura Procopius 20 in dies agitabatur et noctes subditiuos quosdam ostentans, qui astutia confidenti partim ab oriente, alii e Gallis se uenisse et Valentinianum obisse fingentes cuncta patere nouo et fauorabili principi memo-

1 sortes **V** sortis **E***BAG* | psdo filippi **V** Pseudophilippi **E***BAG* || 2 erectus **VE** euectus *BAG* || 3 heliogabalius **V** Heliogabalus **E***BAG* || 3.4 exibi tantoninus **V** exiuit Antonius **E***SBA* e. Antoninus *G* exiluit *Nov.* || 4 inopinio **V** inopino **E***BAG* | mamea **V** mannea **E** Memea *B* Mammea *AG* || 5 contossus **V** *corr. m3* | et *ante* in[1] *add. Günther* ita *Cl.* | affrica **V** || 6 aduentatium **V** aduentantium **E***SBAG* || 8 cupraediarum **V** cupeninarum **E** cupediarum *B* (cupp-) *AG* || 9 parere **VE***G def. Pighi* patere *BA* apparere *dubit. Gdt. in app.* | desierat **V** desierant **E***SBAG* || 10 ad *ante* insoliti *add. G Nov.* in *Hadr. Val. reiecimus* | insoluti *SBA* | inuitalii **V** in italia **E** mutalii *S* mutari *BA* inuiti alii *G* || 11 non nullo **V** nonnulli **E***G* nouillo *S* nouiter *BA* || 11.12 -tentibus ratie – imperatoris *add.* **V***m2 in marg.* || 11 praetentibus **V***m2* praesentibus **E***G* petentibus *SBA* | ratie **V***m2* rati e **E** Ratia *BA* rati à *G* || 13 sofronius **V** | progressus **V***BA* praegressus **E***G* | tinc **V** *corr. m3* || 14 praefestus **V** praefectus **E***SBAG* || 15 lentis ♂ **V** || 16 percurrere **VE** percurreret *BAG* | praetextum *BA* | narrotos estorum **V** narrato sestorum **E** nactus aestuum *BA* narrato gestorum *G* || 17—19 et stupentem – qui dum *om. B* || 17 Galatiam ires **V** Galatia in res **E** Galatiam, res *AG* | adhuic **V** aduc **E** adhuc *SAG* || 19 iteneribus ♂ **V** || 20 agitabat noctes **V***BAG* a. notos **E** (nuntios *add. in marg. m2*) a. et noctes *Val.* agitabatur *Günther* | quia astatutia **V** quiastutia **E** qui astutia *BAG* || 21 ab orientem **V** ad o. **V***m3* ab oriente **E***SBAG* | alii *ante* ab *tr. SB* | Galliis **E***BAG*

4 rabant. et quia res nouae petulanter arreptae celeritate muniri solent
interdum, ne quid formidandum omitteretur, confestim Nebridius
in locum Saluti praefectus praetorio factione Petronii recens promotus/
et Caesarius Constantinopolitanae urbis praefectus in uincula com-
pinguntur et iubetur ciuitatem curare solita potestate Phronimius / 5
esseque magister officiorum Euphrasius, ambo Galli institutis bona-
rum artium spectatissimi, et administratio negotiorum castrensium /
Gomoario et Agiloni reuocatis in sacramentum committitur inconsul-
5 te, ut docuit rerum exitus proditarum. quia igitur Iulius comes per
Thracias copiis militaribus praesidens oppressurus rebelles, si com- 10
perisset conata, ex propinquis stationibus timebatur, commentum
excogitatum est ualidum et quasi iussu Valentis seria super barbaricis
motibus tractaturus Nebridii litteris adhuc clausi uiolenter expressis /
accitus Constantinopolim strictius tenebatur. hacque callida fraude
bellatrices Thraciae gentes sine cruore acquisitae adminicula ausis 15
6 tumultuariis maxima compararunt. post quae ita euentu laetiore com-
pleta Araxius exambita regia praetorio praefectus accessit uelut
Agilone genero suffragante aliique plures ad aulae uarios actus et ad-
ministrandas prouincias sunt admissi, quidam inuiti, alii ultro semet
7 offerentes cum praemiis. utque in certaminibus intestinis usu uenire 20
contingit, emergebant ex uulgari faece nonnulli desperatione con-
siliisque ductantibus caecis contraque quidam orti splendide a cul-
minibus summis ad usque mortes et exsilia corruebant.

8 Vbi per haec et similia factio firmiter uidebatur esse composita, re-
stabat, ut abundans cogeretur militum manus, et impetratum est fa- 25
cile id, quod in publicis turbamentis aliquotiens ausa ingentia uel
9 iustis exorsa primordiis impediuit. transeuntes ad expeditionem per
Thracias concitatae equitum peditumque turmae blandeque acceptae

2 confestinatione uridius **V** Vridius **E** cum festinatione V. *SBA* confestim Nebridius *G* || 3 Salutii **E***A* salutis *SB* Salustii *G* | promotinis **V** promotus **E***G* promoti *BA* || 5 fronemus **VE** Frouenius *SB* Phronemius *AG* || 8 aciloni **VE** Acileni *S* Acileno *B* Agiloni *AG* || 9 proditar **V** proditarum **E** *Corn.* proditor *SBAG* || 10 oppressuros **V** oppressurus **E***G* oppressisset *BA* || 11 contemtum **V** contemptum **E***S* commentum *BAG* || 12 seria superbia super **VE** saeua s. s. *SBA* seria super *G* || 13 tracturus nebri **VE** t. uberi *S* tractu u. *BA* tractaturus, Nebridii *G* | littorum *SBA* | ab hoc *BA* | lausi *S* clauso *BA* | oppressis *SBA* || 14 tenebat **V** tenebatur *G* || 15 ine **V** sine **E***BAG* | adminiculae **V** adminicula **E***BAG* || 16 lentiore (n *del. m3*) **V** laetiore **E***SBAG* || 20 utique **V** utque *Lind. Nov.* || 23 exalia **VE** ex alia *S* ad a. *B* exilia *AG* || 24 facto **V** facta **E***BA* factio *G* || 26 tarbamentis ♂ **V** || 27 expaeditione **V** expeditionem **E***SBAG* || 28 concitata* (*fu.* e) **V** concitata **E** concitatae *SBAG*

et liberaliter, cum essent omnes in unum quaesitae iamque exercitus
species apparebat, promissis uberrimis inhiantes sub exsecrationibus
diris in uerba iurauere Procopii hanc polliciti pertinaciam, quod eum
suis animis defensabunt. inuenta est enim occasio ad illiciendos eos 10
5 perquam opportuna, quod Constanti filiam paruulam, cuius recordatio colebatur, sinu ipse circumferens necessitudinem praetendebat et
Iuliani. adeptusque est aliud tempori congruum, quod Faustina matre
puellae casu praesente quaedam acceperat habitus insignia principalis.
adiungit his aliud ueloci diligentia maturandi et electi quidam stolidi- 11
10 tate praecipites ad capessendum Illyricum missi sunt nullo praeter
petulantiam adiumento confisi, aureos scilicet nummos effigiatos in
uultum noui principis aliaque ad illecebras aptantes, quos correptos
Equitius per eas regiones militum rector exstinxit genere diuerso
poenarum. pariaque deinde metuens obstruxit tres aditus angustissi- 12
15 mos, per quos prouinciae temptantur arctoae, unum per ripensem
Daciam, alterum per Succos notissimum, tertium per Macedonas,
quem appellant Acontisma. hacque cautela uana persuasione rapiendi
Illyrici destitutus usurpator indebitae potestatis magna perdidit instrumenta bellorum.

20 Dum haec ita aguntur, atrocitate nuntii Valens perculsus iamque 13
reuertens per Gallograeciam auditis apud Constantinopolim gestis /
diffidenter incedebat et trepide ac repentino pauore uias prouidendi
turbante eo usque desponderat animum, ut augustos amictus abicere /

1 cessent omnesque in unum sitae **V** essentque omnes in u. s. **E** censet tresque in u. site *S* centuriae t. in u. sitae *B* cum essent, in u. s. *A* c. e., omnesque in u. s. *G* quaesitae *Kell. C. F. W. M.* que *ex* omnesque *recte colloc. Günther def. Blomgren* || 2 apparebant *BA* appareret *G* | inchiantes **V** inhiantes **E***AG* uiciantes *SB* || 4—p. 21, 4 enim – uenit *om. SB* || 4 aliciendos *ex* illiciendos (*m2*) **V** illiciendos **E** *restit. Cl.* alliciendos *AG* || 5 Constantii *AG* | parualam ♂ **V** || 6 colebat **V** colebatur *G* | necessitudine **V***A* necessitudinem **E***G* || 6. 7 et iul **VE** et uil (*lac. 2 litt.*) *A* et Iuliani *G def. Blomgren* et eius *Momms.* eiusdem *Her.* eius praetendebat et Iuliani *Nov.* || 7.8 congruamque faustiñ atre puelle **V** c. faustinam a. p. **E** congruum quae Faustina matre puellae *A* c.: quod F. m. p. *G* || 8 quodam, *G* || 9 uel occidi licentiam aturandi **V** uel o. l. maturandi **E** ueloci diligentia maturandum *A* u. licentia maturandi *G* maturandi *def. Blomgren* | soliditate **VE** stoliditate *AG* || 10 capescendum **V** capessendam **E** capessendum *AG* | illiriae **V** hiliriam **E** Illyricum *A* Illyriam *G* || 11 scil. **VE** scilicet *AG* | efficiatos **V** effigiatos **E***AG* || 12 adiaque **V** aliaque **E***AG* | incelebras **V** illecebras **E***AG* || 13 equitus **V***A* Equitius **E***G* | mil. regio rextinxit **V** militum regiorex (r. *del.*) rector, extinxit **E** miles legionis e. *A* militum rector, e. *G* || 14 poenar **V** poenarum **E***AG* | res **V** *om.* **E** tres *AG* || 15.16 Daciam ripensem *tr. Cl. c. c. in app.* || 17 qúe **V** que **E** quem *AG* | hancque **V** *corr. m3* || 18 illirici *ex* illici **V** | destitus **V** destitutus **E***AG* || 23 abiceret **VE** abiicere *AG*

tamquam grauem sarcinam cogitaret, fecissetque profecto, ni uetantibus proximis retractus a deformi proposito firmatusque meliorum sententiis agmina duo praeire iussisset, quibus nomina sunt Iouii
14 atque Victores, castra perduellium irrupturos. his iam propinquantibus ipse Procopius a Nicaea regressus, quo nuper aduenerat, cum 5
Diuitensibus desertorumque plebe promiscua, quam dierum breui spatio congregarat, Mygdum accelerauit, qui locus Sangario alluitur
15 flumine. ubi cum legiones iam pugnaturae congrederentur, inter reciprocantes missilia quasi procursatione hostem lacessens solus prorupit in medium. et secundioris ductu fortunae ex contraria acie uelut 10
agnitum quendam Vitalianum, quem si norat ambigitur, Latine salute data blande produxit eumque porrecta dextera sauiatus omnibus hinc
16 inde attonitis, „en“, inquit, „cana Romanorum exercituum fides et religionibus firmis iuramenta constricta! placet, fortissimi uiri, pro ignotis tot suorum consurrexisse mucrones, utque Pannonius degener / 15
labefactans cuncta et proterens imperio, quod ne uotis quidem concipere ausus est umquam, potiatur, ingemiscere nos uestris nostrisque uulneribus. quin potius sequimini culminis summi prosapiam, non ut rapiat aliena, sed in integrum maiestatis auitae restituatur, arma iustissima commouentem.“ 20

17 Hac sermonis placiditate molliti omnes, qui acriter uenerant pugnaturi, signorum apicibus aquilisque summissis desciuere libentes ad eum et pro terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum, nuncupatum imperatorem stipatumque de more consentientes in unum reduxerunt ad castra testati more militiae Iouem inuictum Procopium 25
fore.

1 ni] re V *corr. m3* || 2 proximus V proximis E *A G* | detractibus V detractus V*m3* E *A G* retractus *Her.* || 3 praecedere *G* | iussisset (i *pr. ex* u) V | ouii ♂ V || 5 anticea V à Nicea E *A G* || 6 que *add. G* | promis quāquā *ex* per omnis quāquā (*m2*) V promiscua quam E *G* praemissis quanquàm *A* | urebi V urbi E breui *A* ferè sex *G* || 7 congregerat V | adcerauit V *corr. m3* | angario VE Sangario *A G* || 8 flumini V *A* flumine E *G* | concrederentur V *corr. m3* || 12 dextra *G* | sabiatus V sauiatus E *Eyss.* suauiatus *A G* || 13 inquid V || 16 alie factas cunctas et V tabefactas c. et E aliae factas c. et *A* labefactans cuncta et *G* *Val. in adn.* (cunctos) || 16.17 quidem – potiatur in- *add.* V*m2 in marg.* || 19 ut rapiat – auitae *add. G* || 21 permonis V *corr. m3* | molliciti *ex* molliti V molliti E *A G* || 23 proterr ifico V *def. Bickel Bae. Hagend. Meurig-D.* propere t. *Pet.* perterrifico *Her. Nov.* protinus t. *Thörnell prob. Miller* rupto t. *Walter prob. Miller* | uaritum VE barritum *A G* | n[un]cupatum V || 24 stipatum quidem core sentientes V s. q. fore s. E stipatumque de more, s. *A* stipatum quidem consentientes *G* stipatumque iam *Schneider Momms.* s. idem *Gdt.* s. decore *Nov.*

Huic perduellium prosperitati laetior accessit. Rumitalca enim tri- 8
bunus in societatem Procopianorum ascitus et suscepta cura palatii /
digesto mature consilio permeatoque cum militibus mari ad Drepa-
num ante, nunc Helenopolim uenit exindeque Nicaeam spe celerius
5 occupauit. ad quam obsidendam cum huiusmodi pugnarum peritis 2
Vadomario misso, ex duce et rege Alamannorum, Valens Nicomediam
pergit. exindeque profectus oppugnationi Calchedonos magnis uiribus
insistebat, cuius e muris probra in eum iaciebantur et irrisiue com-
pellabatur ut sabaiarius. est autem sabaia ex hordeo uel frumento
10 in liquorem conuersis paupertinus in Illyrico potus. fessus denique 3
inopia commeatuum et obstinatione nimia defensorum discedere iam
parabat, cum inter haec clausi apud Nicaeam patefactis subito portis
egressi munitorum magna parte prostrata ductore fidentissimo Rumi-
talca properabant ardenter circumuenturi Valentem a tergo nondum a
15 Calchedonos suburbano digressum et patrassent conata, ni rumore
quodam praeuerso imminens exitium ille perdoctus instantem uesti-
giis hostem per Sunonensem lacum et fluminis Galli sinuosos amfrac-
tus propere discedendo frustra sequentem lusisset. et hoc casu Bi-
thynia quoque in Procopii dicionem redacta est.
20 Vnde cum Ancyram Valens citis itineribus reuertisset comperisset- 4
que Lupicinum ab oriente cum cateruis aduentare non contemnendis, /

1 altera *post* accessit *add. Momms.* alia *ante* laetior *Cl. reiec. Sey.* | rumit enim VE rumor etenim *A* Rumitalca enim *G* || 2 societate V societatem *G* | suspecta VE suscepta E*m2AG* || 3 permixtoque V permeatoque *Gdt.* || 4 anteum celenopolim VE (Anth-) ante eum C. *A* antea nunc Helenopolim *G* ante, nunc H. *Pet.* || 5 at V ad E*SBAG* | cum *add.* E*SBAG* | cum – pugnarum *post* pugnarum *repet.* V || 6 duce et ex rege *tr. Stroheker def. Waas* | Alemanorum *B* Alemannorum $b_1 b_2$*G* || 7 que *om. SBG* | chalcedonis V*AG* Calchedonis E calcidonis *S* calcedonis *B* Chalcedonos *Btl. Nov.* || 8 emoris V *corr. m3* | iniuriase VE iniuriosa V*m3* iniuriose *SBAG* inrisiue *Nov.* | conpellebatur V compellabatur E*BAG* || 9 sabiarius V Sabaiarius E*BAG* | ordeo V || 10 licorem V liquorem E*SBAG* | conuersus V*BAG* uersus E conuersis *Val. in adn.* | illirico V || 11 commeatum V commeatuum E*BAG* | nemia *ex* nimia (*m2*) V *corr. m3* in mea *S* in ea *BG* || 12 fate factis V *corr. m3* || 13 egressus VE egressi E*m2BAG* | munitorum] inimicorum *SBA* | ductorem *BA* | fidentissimorum italica VE (-cam?) uidentissimorum I. *S* uidentes arte I. *BA* fidentissimo Rumitalca *G* || 14 ardentes V ardenter *Hadr. Val.* || 15 chalcidonos V calcedono E Calcedonos *S* Chalcedonos *BAG* | conatan rumore V *corr. m3* || 16 perductus VE perdoctus *BAG* || 17 callis inuososam fractus (*ex* frutus) V c. niuorosam tractus E (calliginosam *add. in marg. m2*) c. Naulochum *B* C. niuosos anfractus *A* Galli sinuosos a. *G* || 18 discendendo VE discedendo *SBAG* | luxisset V lusisset E*BAG* || 19 in *add. AG* Procopi in *Brakman* || 20 uales V ualde E Valens *BAG* || 21 ab orientem V ab oriente E*A* ad orientem *SBG* | contenendis V contemnendis E*SBAG*

spe prosperorum erectior Arintheum lectissimum ducem occursurum
5 hostibus misit. qui ubi Dadastanam tetigit, in qua statione perisse
diximus Iouianum, Hyperechium sibi oppositum repente uidit cum
copiis antehac cellae castrensis apparitorem, id est uentris ministrum
et gutturis, cui ut amico Procopius auxilia ductanda commisit. et 5
dedignatus hominem superare certamine despicabilem auctoritatis
et celsi fiducia corporis ipsis hostibus iussit suum uincire rectorem; /
atque ita turmarum antesignanus umbratilis comprensus suorum est
manibus.

6 Quae dum hoc modo procedunt, Venustus quidam largitionum ap- 10
paritor sub Valente multo ante Nicomediam missus, ut aurum sus-
ceptum stipendii nomine militibus per orientem diffusis uiritim tri-
bueret, hac tristitia cognita alienum peruidens tempus Cyzicum cum
7 his, quae susceperat, se citius contulit. ubi forte Serenianus repertus /
domesticorum tunc comes missus ad thesauros tuendos urbem inex- 15
superabili moenium ambitu monumentis quoque ueteribus cognitam, /
fretus tumultuario praesidio custodiebat; ad quam expugnandam
Procopius, ut possessa Bithynia sibi etiam Hellespontum iungeret,
8 ualidam destinauerat manum. morabantur autem effectum sagittis et
glandibus ceterisque iaculis obsidentium saepe globi confixi et pro- 20
pugnatorum sollertia claustrum per catenam ferream ualde robustam /
ori portus insertum, quae, ne rostratae irruerent naues hostiles, erat
9 altrinsecus colligata. hanc post uarios militum labores et ducum fati-
gatorum acerrimis proeliis Aliso quidam tribunus abscidit, exsertus
bellator et prudens, hoc modo: coniunctis tribus nauigiis testudinem 25
hac specie superstruxit: densetis cohaerentes supra capita scutis primi

2 adadastanam **V** adastanam **E** Adastanum *SB* Dadastanam *AG* || 3 yper-echium **V** yperethium **E** Hiperetheum *SBA* (-thium) Hyperechium *G* || 4 recte **V** recte *del. ut gloss. Val.* rei *Haupt* rectoris *Gdt.* cellae *Her.* | gastrensis *BAG* | apraritorem **V** || 4.5 id est — gutturis *del. ut gloss. Val. reiec. Bae. Blomgren* || 5 ciui **V** cui **E***BAG* || 8 ante signanos **V** antesignanus *G* | conpressus **V** com-praehensus **E** compressis *B* compressit *A* comprensus *G* | est *add. Cl. Harmon c. c. def. Blomgren* || 10 quaedam **V** quae dum **E***G* quidam *BA* || 11 nicome-dia **V** Nicomediam **E***SBAG* || 12 siti pend[iinh]ominem **V** stipendii nomine **E***BAG* || 13 tristi acognita **V** t. re cognita **E** tristitia c. *SBAG* | cyticum **V** cyrticum **E** citicum *S* Cicicum *B* Cyzicum *AG* || 14 Seuerianus *SBG* || 15 om-nes **VE** omnis *SB* comes *AG* || 16 cognita **VE** cognitam *BAG* || 17 costodie-bat ♂ **V** custodibat *Harmon c. c.* | at **V** ad **E***SBAG* || 18 ut] ad *add. SB* ut *AG* | bellis pontum **VE***B* Hellespontum *AG* || 22 incertam **VE** insertam *BAG* insertum *Hadr. Val.* || 24 assertus **E** exertas *SBA* exercitiis *G* expertus *Btl.* || 25 bellatorem **V** bellator est **E** bellatorum *SBA* bellorum *G* bellator et *Val.* || 26 h[a]c (a *ex* o *m2*) **V** | densatis *SBAG def. Vogel*

transtris instabant armati, alii post hos semet curuantes humilius, / tertiis gradatim inclinatis summisse, ita ut nouissimi suffraginibus insidentes formam aedificii fornicati monstrarent. quod machinae genus contra murales pugnas ideo figuratur hac specie, ut missilium
5 ictus atque saxorum per decursus cadentium labiles instar imbrium euanescant. itaque coniectu telorum Aliso paulisper defensus ingenti 10 corporis robore supposito stipite eandem catenam fortius bipenni concidens ita confregit, ut disiecta patefaceret aditum latum, hocque exitu ciuitas hostili impetu patuit improtecta. qua causa exstincto
10 postea proteruiae totius auctore, cum in factionis participes saeuiretur, hic idem tribunus contemplatione facinoris clari uitam cum militia retinens diu post in Isauria oppetit uastatoria manu confossus.

Hoc Marte Cyzico reserata Procopius ad eam propere festinauit / 11 ueniaque uniuersis, qui repugnauere, donatis Serenianum soluminiec-
15 tis uinculis iussit duci Nicaeam seruandum artissime. statimque Hor- 12 misdae maturo iuueni, Hormisdae regalis illius filio, potestatem proconsulis detulit et ciuilia more ueterum et bella recturo. qui agens pro moribus lenius a militibus, quos per deuia Phrygiae miserat Valens, subito corripiendus incursu tanto uigore euasit, ut escensa naui,
20 quam ad casus pararat ancipites, sequentem ac paene captam uxorem sagittarum nube diffusa defensam auerteret secum, matronam opulentam et nobilem, cuius uerecundia et destinatio gloriosa abruptis postea discriminibus maritum exemit.

Ea uictoria ultra homines sese Procopius efferens et ignorans, quod 13
25 quiuis beatus uersa rota Fortunae ante uesperum potest esse miserrimus, Arbitionis domum, cui antea tamquam eadem sibi sentientis

3 aedificit fortinaci **V** edificii fortenaci (?) **E** aedificii fornicati *BAG* || 5 cadentia **VE***B* cadentium *A* cadentes *G* || 6 defensis **VE***B* defensus *AG* || 7 bibenni **V** bipenni **E***BAG* || 8 considens ita **V** ita c. ita **E** confidens ita *S* confindens ita *BAG* concidens *Hadr. Val.* || 9 excitu **V** exitu **E***SBAG* | ciuilitas **V** ciuitas **E***m2BAG* | potuit **V** patuit **E***BAG* || 10 tot[ius] **V** || 12 militiam **V** militia **E***SBAG* | oppetiit **E***SBAG* | confusus **V** confisus **E** confossus *BAG* || 13 ore serata **VE** (-to *m2*) reserata *BAG* | procopiis **V** Procopius **E***SBAG* || 15.16 ormisdem aturio **V** Ormisdae maturio **E***S* (hormisde) Hormisdae maturo *BAG* || 16 iuuenis **V** iuueni **E***BAG* | hormisda **V***B* Hormisdae **E***AG* || 18 debia **V** deuia **E***SBAG* | frygiae **V** || 19 tantu **V** tanto **E***SBAG* || 19.20 escensana usquam **V** escensa naui quam **E** *Eyss.* Esensana usquam *SBA* ascensa naui nusquam *G* || 20 perarat *B* pateret *G* | sequentem aut *SB* sequentemque ac *G* || 24 Procopius sepe *S* P. sese *tr. BAG* || 25 u[eatus] **V** beatus **E***SB AG* || 26 arbetionis **VE** Arbetion *BA* Arbitionis *G* | cui domum cui **V** domum, cui *G*

parcebat ut propriae, iussit exinaniri mobilis census inaestimabilis
plenam ideo indignatus, quod uenire ad eum accitus aliquotiens distu-
14 lit causatus incommoda senectutis et morbos. et licet hac ex causa
praesumptor momentum pertimesceret graue, tamen, cum obsistente
nullo se in orientales prouincias effundere libenti cunctorum assen- 5
sione iam licentius posset, auidas nouitatem quandam uisere taedio
asperioris imperii, quo tunc tenebantur, erga alliciendas quasdam
ciuitates Asiae legendosque eruendi peritos auri, ut sibi profuturos
proeliis, quae magna exspectabat et crebra, segnius commoratus in
15 modum acuti mucronis obtunsus est. ut quondam Pescennius Niger 10
ad subueniendum spei rerum extremae a Romano populo saepe acci-
tus, dum diu cunctatur in Syria, a Seuero superatus in sinu Issico,
qui est in Cilicia, ubi Dareum Alexander fudit, fugatusque in subur-
bano quodam Antiochiae gregarii manu militis interiit.

9 Haec adulta hieme Valentiniano et Valente consulibus agebantur. / 15
translato uero in Gratianum, adhuc priuatum, et Dagalaifum amplis-
simo magistratu aperto iam uere suscitatis uiribus Valens iuncto sibi
Lupicino cum robustis auxiliis Pessinunta signa propere tulit, Phry-
2 giae quondam, nunc Galatiae oppidum. quo praesidiis tutius com-
munito, ne quid inopinum per eos emergeret tractus, praeter radices 20
Olympi montis excelsi tramitesque fragosos ire tendebat ad Lyciam /
3 oscitantem ibi Gomoarium aggressurus. cui pertinaci conspiratione
multorum hac maxime consideratione resistebatur, quod hostis eius,
ut ante relatum est, Constanti filiam paruulam cum matre Faustina /
et in agminibus et, cum prope in acie starent, lectica circumferens 25

1 propria eius sit **V E** proprium eius sit *B A* propriae, iussit *G* | mobiles casiis **V** m. casus **E** *S B A* ob illos c. *G* mobilis census *Val.* | inaestimabiles ♂ **V** inextimabilis **E** inaestimabiles *G* || 2 plenam] poena *B A* || 3 morbo **V** morbi **E** *B A G* morbos *Val.* || 4 obstente ♂ **V** || 6 possit **V E** *A* poscit *B* posset *G* || 7 tenebatur **V** tenebantur *G* || 8 erruendi **V** || 9 crebras egenius **V** crebra e. **E** crebras segnius *S* crebra, s. *B A G* || 10 obtusus *A G* | quodam **V** quondam **E** *A G* quomodo *B* | fescennius **V E** Pascenius *B* Pescennius *A G* || 11 populo Romano *tr.* **E** *S B A G* || 12 syria seruere **V** Syrias eruere **E** *S B A* S. irruere b_2 *G* Syria, a Seuero *Val.* | In sin uisico **V** in sinu isico **E** Insinisco *S* in Issico *B G* in sinu I. *A* || 13 abi **V E** ubi *S B A G* | Darium *S B G* || 14 quosdam **V E** *B* quodam *A G* | antiochiae (c *add. sup. lin.*) **V** || 18 frygiae **V** || 19 quandam **V** quondam **E** *S B A G* | totius **V** *B* totis **E** tutis *A* ocius *G* tutius *Btl. prob. Pet.* | commonito **V E** *B* communito *A G* || 20 opinum **V** inopinum **E** *B A G* || 21 olimpi **V** | per calles *ante* tramitesque *add. Nov.* | Lydiam *Seeck def. Češka* || 22 obi **V** abi **E** *om. B A G* ibi *Hadr. Val.* || 23 hac maxima **V E** *G* ac m. *S B A* maxime *Pet. def. Löfst.* || 25 propin **V** prope in **E** *S Hadr. Val.* prope *B* propinqua *A* propinquae *G* | acies **V** acie *Hadr. Val.* (C) | staret *B A* | circum ferrens **V**

secum, ut pro imperiali germine, cui se quoque iunctum addebat, pugnarent audentius, iras militum accendebat. sicut aliquando dimicaturi Macedones cum Illyriis adhuc infantem in cunis locauere post aciem, cuius metu, ne traheretur captiuus, aduersos fortius oppres-
5 serunt.

Contra has calliditatis argutias sagaci opitulatione nutanti negotio 4 consuluit imperator et Arbitionem ex consule agentem iam dudum in otio ad se uenire hortatus est, ut Constantiniani ducis uerecundia truces animi lenirentur; neque secus uenit. nam cum omnibus pro- 5
10 uectior natu et dignitate sublimior canitiem reuerendam ostenderet / multis ad perfidiam inclinatis, publicum grassatorem Procopium, milites uero secutos eius errorem filios et laborum participes pristinorum appellans orabat, ut se ac si parentem magis sequerentur felicissimis ductibus cognitum, quam profligato morem gererent nebuloni
15 destituendo iam et casuro. quibus cognitis Gomoarius cum elusis ho- 6 stibus, unde uenerat, redire posset innoxius, ad castra imperatoris opportunitate interualli proximi captiui colore transiuit uelut accursu multitudinis uisae subito circumsaeptus.

Qua succensus alacritate Valens castra promouit ad Phrygiam et 7
20 prope Nacoliam collatis manibus partium, dum in ancipiti ... Agilo rem excursu prodidit repentino eumque secuti complures iam pila quatientes et gladios ad imperatorem transeunt cum uexillis scuta peruersa gestantes, quod defectionis signum est apertissimum.

1 germenec uisi **V** germine / cuius **E** g. et nisi *S* g., et ne *BA* g., cui se *G* | quoque uinctum addebat *S* uinceretur ut *B* u. *A* || **3** regem *ante* adhuc *add. G* Eropum regem *Cl. in app. reiecimus* | conis loca uero **V** *corr. m3* cuius l. u. *SB* || **4** festius **V** infestius **E** *def. Günther* festiuos *S* festiue *B* fortius *AG* || **6** sagacio ♂ **V** || **7** imperatore tarbitiones (s *del. m3*) **V** imperator / Et Arbitione **E***S* i.: et Arbitionem *BAG* || **8** Constantiani *BAG* || **9** linerentur **V** *corr. m3* | uenit **VE** *def. Pet.* euenit *BAG* || **12** secutus **V***B* sequutos **E***AG* || **13** sequerentur *ex* sequeretur **V** || **14** quam publicum quam **VE** publicum, quam *SBA* quam *G* || **16.17** oportunitatem interualli **V** (in *add. sup. lin. m2*) *Cl.* opportunitate i. *G def. Sey.* | nactus *post* proximi *add. Cl. reiec. Sey.* per *ante* opportunitatem *Walter prob. Miller* || **19** successus **V** succensus *Eyss.* (**C**) | frigiam **V** || **19—20** et propensa colium **VE** et perpensa collum *S* prope collem *BA* et p. Nacoliam *G* || **20—21** partium dum in ancipitia culorum excursus **V** partiundum in ancipiti iaculorum e. **E** per timidum mancipiti i. e. *S* per t. in ancipiti i. excursu *BA* partium dux in a. Agilo rem e. *G* p. Agilo causam inter pugnandum in a. iaculorum e. *Momms.* p. dum in a. staret exitus proelii, Agilo rem e. *Her.* p. dum in a. articulo proelium esset (*uel* uersaretur), Agilo rem e. *Nov. lac. indic. Cl.* p. diu in ancipiti A. *Bickel* p. dum pugna in a. A. *Bae.* (*uel lac.*) excursus *def. Bickel*

8 Hoc praeter spem omnium uiso Procopius salutis intercluso suffugio uersus in pedes circumiectorum nemorum secreta petebat et montium Florentio sequente et Barchalba tribuno, quem per saeuissima bella iam inde Constanti temporibus notum necessitas in crimen tra-
9 xerat, non uoluntas. maiore itaque noctis parte consumpta, cum a 5 uespertino ortu luna praelucens in diem metum augeret, undique facultate euadendi exempta consiliorum inops Procopius, ut in arduis necessitatibus solet, cum Fortuna expostulabat luctuosa et graui mersusque multiformibus curis subito a comitibus suis artius uinctus relato iam die ductus ad castra imperatori offertur reticens atque defi- 10 xus statimque abscisa ceruice discordiarum ciuilium gliscentes turbines sepeliuit et bella ad ueteris Perpernae exemplum, qui post Sertorium, inter epulas obtruncatum dominatione paulisper potitus a frutectis, ubi latebat, extractus oblatusque Pompeio eius iussu est interfectus. 15

10 Parique indignationis impetu Florentius et Barchalba, qui eum duxerunt, confestim non pensata ratione sunt interfecti. nam si principem legitimum prodidissent, uel ipsa Iustitia iure caesos pronuntiaret; si rebellem et oppugnatorem internae quietis, ut ferebatur, amplas eis memorabilis facti oportuerat deferri mercedes. 20

11 Excessit autem uita Procopius anno quadragesimo amplius mensibus decem, corpore non indecoro nec mediocris staturae, subaquilus humumque intuendo semper incedens perque morum tristium latebras illius similis Crassi, quem in uita semel risisse Lucilius affirmat et Tullius, et, quod est mirandum, quoad uixerat, incruentus. 25

1 suffugio V *A Lind. def. Hagend.* suffragio E*SBG def. Wagn.* (*in comm.*) *Pet.* || **2** petebat *post* montium *add. G post* secreta *colloc. Cl.* || **3** sequissimam VE -sequentissima *SB* frequentissima *A* saeuissima *G* || **4** à *post* inde *add.* E*G def. C. F. W. M. reiec. Bae. Blomgren* || **8.9** mensusque multifurmibus V *corr. m3* || **9** rutilo *uel* reuoluto *Kell.* reuelato *Gdt. in app.* prolato *Momms.* || **12** et bella *om. G* bella ad *om. SB* || **13** obstruncatum (n *del. m2*) V obtruncatum E*SB AG* | potius ♂ V *om. SB* || **13.14** afrutecta subelatebat V afruetetis quibus elatebat E afintecti subelatebat *S* affectata sublatebat *BA* è frutectis sub quibus latebat *G* e f., ubi l. *Val.* a f. *Hadr. Val.* || **14** ablatusque V *corr. m3* || **16** et *add.* E*AG reiec. Blomgren* || **19** inter ne V *corr. m3* || **20** memorabili bus V *corr. m3* | factio portuerat V *corr. m3* || **17–20** non pensata – mercedes *post* mercedes *repet.* (*del. m3*) V mercedes. Excessit E*AG l. 17* non pensata – interfecti *post* mercedes *repet. SB* || **22** stare V *corr. m3* || **22.23** subcuitus humum quem intuendos (s *ult. del. m3*) V subcurtus humumque intuendo E subcintus humum quem i. *S* subcinctus humumque i. *B* subcuruus, h. i. *AG* subcuruus *notau. ut hapaxleg. Langen Georges* subaquilus *Her.* subfusculus *Cl. in app.* || **24** atfirmat ♂ V adfirmant *dubit. Cl. in app.* || **25** et[2] V *def. Pet.* sed *Btl. Herm.* | quod ad V quoad E*SG* quod *BA* quod ad- *Bickel reiec. Bae.* | ingruetus V incruentus E*SBAG*

Isdem fere diebus protector Marcellus, eiusdem cognatus, agens 10
apud Nicaeam praesidium proditione militum et interitu Procopii co-
gnito Serenianum intra palatium clausum medio noctis horrore in-
cautum adortus occidit; cuius mors saluti plurimis fuit. nam si uic- 2
5 toriae superfuisset incultis moribus homo et nocendi acerbitate con-
flagrans Valentique ob similitudinem morum et genitalis patriae
uicinitatem acceptus, occultas uoluntates principis introspiciens ad
crudelitatem propensioris multas innocentium ediderat strages.
Quo interfecto idem Marcellus occupata celeri cursu Calchedone / 3
10 concrepantibus paucis, quos uilitas et desperatio trudebat in scelus, /
umbram principatus funesti capessit gemina ratione fallente, quod
et Gothorum tria milia regibus iam lenitis ad auxilium transmissa Pro-
copio Constantianam praetendenti necessitudinem ad societatem
suam parua mercede traduci posse existimabat quodque gesta in
15 Illyrico etiamtum latebant.
Inter quae tam trepida speculationibus fidis Equitius doctus con- 4
uersam molem belli totius in Asiam degressus per Succos Philippo-
polim clausam praesidiis hostium, Eumolpiada ueterem, reserare
magna ui conabatur, urbem admodum opportunam et impedituram
20 eius appetitus, si pone relicta adiumenta Valenti laturus – nondum
enim apud Nacoliam gesta compererat – festinare ad Haemimontum
cogeretur. uerum paulo postea cognita leui praesumptione Marcelli / 5
milites missi sunt audaces et prompti, qui eum raptum ut deditum
noxae mancipium in custodiam compegerunt. unde post dies produc-
25 tus lateribus sulcatis acerrime pariaque perpessis consortibus interiit
hoc fauorabilis solo, quod abstulit Serenianum e medio, crudelem ut

1 fore *S* forte *BG* | eiusdem eiusdem (*alt. del. m2*) **V** || 2 qui cognito **V** cognito **E***BAG* || 4 uictoria **V***BA* uictoriae **E***G* || 5 aceruitate **V** *corr. m3* || 8 propensionis **V** propensioris **E***BAG* | edidisset **E***BAG* | trages **V** strages **E***SBAG* || 9 marcellius occupatata **V** Marcellus occupata **E***SBAG* | chalcidone **V** Calcedone **E***SBA* Chalcedone *G* || 10 disperatio tridebat **V** desperatio trudebat **E***BAG* || 11 sumbram **V** umbram **E***SBAG* || 12 erant missa **V** transmissa *Pet.* || 13 necessitudine **V***A* necessitudinem **E***BG* | quae *ante* ad *add.* *G* || 14 quotque **V** quodque **E***SAG* quaeque *B* || 15 illirico **V** || 16 doctis **V** doctus **E***BAG* || 17 digressus **E***SBAG* || 18 eum ulpiadam **V** ueniri Vlpiadamque **E** enim ulpiadam *S* V. e. *B* Eumolpiadam *A* (-mul-) *G* || 20 adretitus **V** aduentus **E***SBA* adpetitus *G* | si pone] Scipione *S* Sapaica *B* Sipone *A* si porro *G* || 21 *nacoliam (*fu.* i) **V** | eam montum **VE** eam motum *S* eum m. *BA* Aemimontum *G* || 24 post dies **V** *def. Löfst.* postridie *G* *lac. ante* dies *suspic. Corn.* post dies paucos *Pet.* post tres dies *Brakman* || 25 perpensis **V***B* perpessis **E***AG* | inter **VE***BA* in b_2 interiit *G* || 26 solum b_2*G*

Phalarim et illi fidum, quia doctrinarum diritatem causis inanibus praetexebat.

6 Exstirpatis occasu ducis funeribus belli saeuitum est in multos acrius, quam errata flagitauerant uel delicta, maximeque in Philippopoleos defensores, qui urbem seque ipsos non nisi capite uiso Pro- 5
7 copii, quod ad Gallias portabatur, aegerrime dediderunt. ad gratiam tamen precantium coerciti sunt aliqui lenius. inter quos eminebat Araxius in ipso rerum exustarum ardore adeptus ambitu praefecturam et Agilone intercedente genero supplicio insulari multatus breue
8 post tempus euasit. Euphrasius uero itemque Phronimius missi ad 10 occiduas partes arbitrio obiecti sunt Valentiniani et absoluto Euphrasio Phronimius Cherronesum deportatur inclementius in eodem punitus negotio ea re, quod diuo Iuliano fuit acceptus, cuius memorandis uirtutibus eius ambo fratres principes obtrectabant nec similes eius nec suppares. 15

9 His accedebant alia grauiora et multo magis quam in proeliis formidanda. carnifex enim et unci et cruentae quaestiones sine discrimine ullo aetatum et dignitatum per fortunas omnes et ordines grassabantur et pacis obtentu † itum detestandum agitabatur infaustam uictoriam exsecrantibus uniuersis interneciuo bello quouis grauiorem. 20
10 nam inter arma et lituos condicionis aequatio leuiora facit pericula et Martiae uirtutis potestas aut absumit, quod occupat, aut nobilitat/

1 falari mille et ille V fallarim ille et illi E Phalarim, illi et i. E*m2* *G* ph. ille, et ille *SBA* Ph. et illi *Eyss.* ille *pr.* = iit (*p. 27, 25*) *suspic. Cl.* | fidem *SBA* | quia] a V ad E*SBAG* quo *Momms.* quia *Her., qui plura ante intercidisse putau. c. c.* (*e. g.* in primis) Phalarim, in lite illi fidum doctrinarum, quae *Češka* | quam *ante* causis *add. G* || 3 saeuitium V saeuitum E*BAG* || 4 delecta V delicta E*SB AG* | filippoleos V Philippopoleos E*SBAG* || 6 acerrimae diuiderunt V aegerrime dediderunt E*G* acerrime diuiserunt *SBA* || 8 exustrarum ad ardorem V exustarum ardore E*BAG* | agilonem V Agilone E*AG* Agilionem *SB* || 9 genere V*m3* || 10 Eufrasius V | fronemius V || 11 eufrasio *ex* eufraxio (*m2*) V | fronemius V || 12 cheronesum V || 13 memorandi V *def. Pet. in ind.* memorandis E*BAG* || 14 eius V*B* *restit. Löfst. def. Geyer om.* E*AG* *Haupt* saeuius *Eyss.* aeuis *Pet. in ind.* | principis oltrectabant (*ex* -bent *m2*) V principes obtrectabant E*SBAG* obtrectabat *Haupt* || 16 accidebant VE accedebant *BAG* || 17.18 discrimina ulla V discrimine ullo E*SBAG* || 19 obtentuitum V obtentu detestandum bellum E obtentum *SB* obtentu *A* o. uitium *G* o. iudicium *Hadr. Val.* obtentum bellum *Eyss.* obtentu ius *Gdt.* o. negotium *Pet.* o. latrocinium *Nov.* o. quietum *Bickel* o. litigium *Walter* || 20 interne ciuio V interneciuo E*AG* interne ciuile *B* || 21 conditionis V | aequaltio V aequatio E*BG* aequa itio *A* || 22 aut ausum id quod VE *def. Madv.* ausum, ad quod *SBA* aut id quod ausum *G* aut absumit quod *Nov. Pet.* | occupata ut VE o. *BA* occupat aut *G Pet.* occupauit *Madv.* || 22—p. 29, 1 nobilitate et V inopinata *G* nobilitat, aut *Madv.* n. et *Nov.*

et mors, si acciderit, nullum ignominiae continet sensum finemque
secum uiuendi simul et dolendi perducit; ubi uero consiliis impiis iura
quidem praetenduntur et leges et Catonianae uel Cassianae sententiae
fuco perliti residerint iudices, agatur autem, quod agitur, ad uolun-
5 tatem praetumidae potestatis et ex eius libidine incidentium uitae
necisque momenta pensantur, ibi capitalis uertitur pernicies et ab-
rupta. nam ut quisque ea tempestate ob quamlibet ualuerat causam, / 11
regio imperio prope accedens et aliena rapiendi auiditate exustus licet
aperte insontem arcessens ut familiaris suscipiebatur et fidus ditan-
10 dus casibus alienis. imperator enim promptior ad nocendum crimi- 12
nantibus patens et funereas delationes asciscens per suppliciorum
diuersitates effrenatius exsultauit sententiae illius Tullianae ignarus /
docentis infelices esse eos, qui omnia sibi licere existimarunt. haec 13
implacabilitas causae quidem piissimae, sed uictoriae foedioris in-
15 nocentes tortoribus exposuit multos uel sub eculeo locauit incuruos /
aut ictu carnificis torui substrauit; quibus, si pateretur natura, uel
denas animas profundere praestabat in pugna, quam lateribus fodi-
catis omni culpa immunis fortunis gementibus uniuersis quasi laesae
maiestatis luere poenas dilaniatis ante corporibus, quod omni est
20 tristius morte. exin cum superata luctibus ferocia deflagrasset, pro- 14
scriptiones et exsilia et quae leuiora quibusdam uidentur, quamquam
sint aspera, uiri pertulere summates et, ut ditaretur alius, genere no-
bilis et forte meritis locupletior actus patrimonio praeceps trususque
in exsilium consumebatur angore aut stipe precaria uictitabat nec
25 modus ullus exitialibus malis impositus, quam diu principem et pro-
ximos opum satietas cepit et caedis.

1 ignominae ♂ V || 3 catonianae (ni *ex* m) V || 4 perlitae E super lite *BA* | residerendi V res an uerendos E rescindenda *BA* resident *G* residerint *Her.* | iudice *BA* | agatur] aguntur *BA* agitur *G* | autem] aut E*SBA* || 5 potestates V potestatis E*SBAG* | et *om.* E | ex *om.* *SBA* | incidentium V *restit. Cl. def. Pighi* incedentium *Val. in adn.* | uitae incidentium *tr.* E*SBAG* || 6 nescisque V necisque E*SBAG* | ubi V ibi *G* || 7 quosque a V*B* quisque a E*A* q. ea *G* | potestate *BA* || 8 regio VE*BA* regia b_2 regiae *G* regio imperio *Her.* | accidens V*BA* accedens E*G* || 10 cassibus V casibus E*SBAG* | promptor ♂ V || 11 funeres ♂ V || 12 effrenatus *BG* || 14 uictoriam *BG* | fodantis *B* foedantis $b_1 b_2$*G* || 15 capit VE capitis *SB* cepit *A* caput *G* rapuit *Momms.* locauit *Nov.* capite statuit *Her.* || 17 quam lateribus quam V quam l. E*G* q. l. quati *BA* || 18 in numinis *B* immunes *AG* || 20 ferrocia V | defragasset V*B* deflagrasset E*AG* || 22 summatis VE summates *BAG* || 26 opussa pietas V opis satietas E opus sapientis *SB* opum satietas *AG* | caepit V*BA* coepit E cepit *S*b_2*G* | caedes V*B* caedis E*AG*

15 Hoc nouatore adhuc superstite, cuius actus multiplices docuimus
et interitum, diem duodecimum kalendas Augustas consule Valenti-
niano primum cum fratre horrendi terrores per omnem orbis ambitum
grassati sunt subito, quales nec fabulae nec ueridicae nobis antiquita-
16 tes exponunt. paulo enim post lucis exortum densitate praeuia fulgo- 5
rum acrius uibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas
ponderis mareque dispulsum retro fluctibus euolutis abscessit, ut
retecta uoragine profundorum species natantium multiformes limo
cernebantur haerentes ualliumque uastitates et montium tunc, ut
opinari dabatur, suspicerent radios solis, quos primigenia rerum sub 10
17 immensis gurgitibus amendauit. multis igitur nauibus uelut arida
humo conexis et licenter per exiguas undarum reliquias palantibus
plurimis, ut pisces manibus colligerent et similia, marini fremitus
uelut grauati repulsam uersa uice consurgunt perque uada feruentia
insulis et continentis terrae porrectis spatiis uiolenter illisi innumera 15
quaedam in ciuitatibus et ubi reperta sunt aedificia complanarunt; /
proinde ut elementorum furente discordia inuoluta facies mundi mira-
18 culorum species ostendebat. relapsa enim aequorum magnitudo, cum
minime speraretur, milia multa necauit hominum et submersit recur-
rentiumque aestuum incitata uertigine quaedam naues, postquam 20
umentis substantiae consenuit tumor, pessumdatae uisae sunt exani-
19 mataque naufragiis corpora supina iacebant aut prona. ingentes aliae
naues extrusae rabidis flatibus culminibus insidere tectorum, ut
Alexandriae contigit, et ad secundum lapidem fere procul a litore
contortae sunt aliquae, ut Laconicam prope Mothonen oppidum nos 25
transeundo conspeximus diuturna carie fatiscentem.

3 erroris V errores E tremores *BAG* terrores *Hadr. Val.* (N*m2*) || 4 ueredice *ex* ueredici (*m2*) V || 5 fulgurum *AG* || 6 concurritur omnes V concutitur omnis E*BAG* || 9 cernebantur VE *restit. Blomgren* conabantur *SB* cernerentur *AG* || 10 quas *Pet.* | natura *post* rerum *add. Momms. Nov.* || 11 emendauit VE*B* amandauit *AG* || 12 homo V humo E*SBAG* | plantibus VE planctibus *SB* palantibus *AG* || 13 fretus *S* flutus *B* fluctus *AG* || 15 terae ♂ V | uolenter ♂ V | ibi si V*B* dei urbis et (dei *del. m2*) E immissi *A* illisi *G* | munera *SB* || 21 iumentis V humentis E*G* tumentis *BA* | uisa V*B* uisae E*AG* || 22 pron ♂ V || 23 rapidis *SBAG* || 25 laconica (o *ex* a) V Laconica E*SBA* Laconicam b_2*G* | Mothonem E*m2S* Methonem *BA* Methonen *G* || 26 cari V carie E*AG* cariae *B* | *hinc deficiunt SB*$b_1 b_2$ | AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM: EXPLICIT LIBER XXVI: INCIPIT LIBER XXVII. V AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLICIT LIBER XXVI. INCIPIT. XXVII. E

LIBER XXVII

1. Alamanni fusis acie Romanis Chariettonem et Seuerianum comites interficiunt.
2. Iouinus magister equitum per Gallias unam et alteram Alamannorum manum imparatam caedit; tertiam barbarorum partem apud Catelaunos proelio superat VI hostium milibus interfectis, IV uulneratis.
3. De III praefectis urbi: Symmacho, Lampadio et Viuentio. sub eo Damasi et Vrsini de episcopatu Romano contentiones.
4. Describuntur populi et VI prouinciae Thraciarum singularumque clarae urbes.
5. Valens Augustus Gothis, qui auxilia Procopio contra ipsum miserant, bellum infert et post triennium pacem cum eis facit.
6. Gratianum filium Valentinianus consentiente exercitu Augustum nuncupat et puerum purpuram indutum ad fortiter faciendum hortatur militibusque commendat.
7. Valentiniani Augusti iracundia, feritas et saeuitia.
8. Pictis, Attacottis et Scottis post ducem et comitem interfectos Britanniam impune uastantibus Theodosius comes fusis praedam excussit.
9. Mauricae gentes Africam populantur. Isaurorum latrocinia Valens compescit. de Praetextati praefectura urbana.
10. Valentinianus Augustus Rhenum transit et Alamannos, qui in celsissimos montes fugerant, non incruento utrimque certamine fundit fugatque.
11. De Probi nobilitate, opibus, dignitatibus et moribus.
12. Romani et Persae de Armenia et Hiberia inter se pugnant.

Dum per eoum orbem haec, quae narrauimus, diuersi rerum expediunt casus, Alamanni post aerumnosas iacturas et uulnera, quae congressi saepe Iuliano Caesari pertulerunt, uiribus tandem resumptis licet imparibus pristinis ob causam expositam supra Gallicanos limites formidati iam persultabant. statimque post kalendas Ianuarias, cum per glaciales tractus hiemis rigidum inhorresceret sidus, / cuneatim egressa multitudo licentius uagabatur. horum portioni primae Charietto, tunc per utramque Germaniam comes, occursurus

1 eum **V** eoum **E***AG* ‖ 2 Alemanni *G* ‖ 3 caesare **V** Caesari **E***AG* | pertulerant **E***G* ‖ 5 Ianuarum **E** Ianuarii *G* ‖ 6 clauale stractus **V** glaciales tractus **E***AG* | inhorrisceet **V** inhorresceret **E***AG* ‖ 7 primae *ex* proximae (*m2*) **V** proximae *def. Pet.* ‖ 8 Carietto **E***AG*

cum milite egreditur ad bella ineunda promptissimo ascito societatem
laboris Seueriano itidem comite inualido et longaeuo, qui apud Ca-
3 byllona Diuitensibus praesidebat et Tungricanis. proinde confertius
agmine in unum coacto ponteque breuioris aquae firma celeritate
transmisso uisos eminus barbaros Romani sagittis aliisque leuibus 5
iaculis incessebant, quae illi reciprocis iactibus ualide contorquebant. /
4 ubi uero turmae congressae strictis conflixere mucronibus, nostrorum
acies impetu hostium acriore concussa nec resistendi nec faciendi for-
titer copiam repperit cunctis metu compulsis in fugam, cum Seueria-
5 num uidissent equo deturbatum missilique telo perfossum. ipse deni- 10
que Charietto, dum cedentes obiectu corporis et uocis obiurgatorio
sonu audentius retinet pudendumque diluere dedecus fiducia diu stan-
6 di conatur, oppetit telo letali confossus. post cuius interitum Heru-
lorum Batauorumque uexillum direptum, quod insultando tripudian-
tes barbari crebro sublatum altius ostendebant, post certamina recep- 15
tum est magna.

2 Qua clade cum ultimo maerore comperta correcturus sequius gesta /
Dagalaifus a Parisiis mittitur. eoque diu cunctante causanteque dif-
fusos per uaria barbaros semet adoriri non posse accitoque paulo
postea, ut cum Gratiano etiamtum priuato susciperet insignia con- 20
sulatus, Iouinus equitum magister accingitur et instructus paratus-
que cautissime obseruans utrumque sui agminis latus uenit prope
locum Scarponna, ubi inopinus maiorem barbarorum plebem, ante-
quam armaretur, temporis breui puncto praeuentam ad internecio-
2 nem exstinxit. exsultantes innoxii proelii gloria milites ad alterius 25
globi perniciem ducens sensimque incedens rector eximius speculatio-

1 adscuto V adscito in E *G* ascitoque in *A* in *reiec. Pighi* || 2 calidona V Cabilona *Hadr. Val.* || 3 tunc grecanis V Tungricanis *G* || 4 firma] festina *Kell. C. F. W. M. Hagend.* (*cf. 30, 2, 6*) summa *Pet.* || 6 reprocis ♂ V || 8 acles V acies E *A G* | hostium *om.* E *G* || 10 peroffessum V per os fixum E *A G* perfossum *Val. in adn.* (N) *Btl. Kießl. Kell.* peroffensum *Hadr. Val.* (*Loisell.*) || 11 Carietto E *A G* | iurgatorio V obiurgatorio *Kießl.* (N) *Cl.* (*cf.* of- *l. 10*) || 12 sono E *A G* | audientius V audentius E *A G* | pertinet V *Hadr. Val.* (C) *reiec. Pet.* premit *G* retinet *Lind.* | decus VE dedecus *A G* | deuitandi E *A* || 13 cenatur V conatur E *A G* | oppeti V oppetiit E *A G* oppetit *Eyss.* (W*m2*) | confusus V confixus E *A G* confossus *Eyss.* | aerulorum V Erulorum E *G* Herulorum *A* || 14 uata-uorumque V Batauorumque E *A G* || 16 magnum VE magna *A G* || 17 dade ♂ V | memere (re *add. m2*) V moerore E *A G* | sed eius V huiusmodi E *A G* secius *Val.* || 18 causantem quae V causanteque E *A G* || 20 post aut VE p. ut *A G* postea ut *Nov.* (W*m2*) | consolatus V consulatus E *A G* || 23 Scarpona *G* || 24 cuncto V momento E *A* puncto *G* || 25 Eaultantes ♂ V || 26 incidens V incedens E *A G* | eximus V eximius E *A G*

ne didicit fida direptis propius uillis uastatoriam manum quiescere
prope flumen iamque aduentans abditusque in ualle densitate arbu-
storum obscura uidebat lauantes alios, quosdam comas rutilantes ex
more potantesque nonnullos. et nanctus horam impendio tempesti- 3
5 uam signo repente per lituos dato latrocinalia castra perrupit contra-
que Germani nihil praeter inefficaces minas iactanter sonantes et fre-
mitum nec expedire arma dispersa nec componere aciem nec resur-
gere in uires permittebantur urguente instante uictore. quocirca
forati pilis et gladiis cecidere complures absque his, quos uersos in
10 pedes texere flexuosi tramites et angusti.

Hoc prospero rerum effectu, quem Virtus peregerat et Fortuna, auc- 4
ta fiducia Iouinus militem ducens diligenti speculatione praemissa /
in tertium cuneum, qui restabat, propere castra commouit et matu-
rato itinere omnem prope Catelaunos inuenit ad congrediendum
15 promptissimum. et uallo opportune metato suisque pro temporis 5
copia cibo recreatis et somno primo aurorae exortu in aperta planitie
composuit aciem dilatatam arte sollerti, ut spatiis amplioribus occu-
patis aequiperare Romani hostium multitudinem apparerent inferi-
ores numero, licet uiribus pares. signo itaque per bucinas dato cum 6
20 pede collato res agi coepisset, et sueta uexillorum splendentium facie
territi stetere Germani. quibus hebetatis parumper reparatisque con-
festim ad usque diei extimum concertatione protenta ualidius im-
minens miles fructum rei bene gestae sine dispendio quaesisset, ni
Balchobaudes armaturarum tribunus magniloquentia socordi coalitus
25 propinquante iam uespera cessisset incondite. quem si secutae resi-
duae cohortes abissent, ad tristes exitus eo usque negotium uenerat, /
ut nec acta nuntiaturus quisquam posset superesse nostrorum. sed 7
resistens animorum acri robore miles ita lacertis eminuit, ut hostium
quattuor milibus sauciis sex alia interficeret milia, ipse uero non
30 amplius mille ducentis amitteret ducentis tantummodo uulneratis./

1 u[a]statoriam V | menum V manum E *A G* || 4 nonullos ♂ V || 5 repete V repente E *A G* | perrupta V perrupit *G* || 6 paeter ♂ V || 8 urguente instante V *def. Meurig-D.* urgente E *G* u. instanter *A* urgenter instante *Val. in adn.* (N) (*uel* instanter urgente) *Pet.* || 10 flexuosusi V flexuosi E*m2 A G* || 11 peregrat V peregerat E *A G* || 14 omen E *A* | caute launos V Catelaunos E *A* (Cathe-) *G* || 15 proptissimum V *corr. m3* || 17 solerti V || 19 igitur E *G* || 20 conlatoris V collato res E *A G* | et sueta V *def. Pighi* et insueta E insueta *A G def. C. F. W. M.* sueta *Hadr. Val.* saeua *Aldrich* | splendentium *om.* E *G* || 21 haebetatis (t *pr. add. sup. lin. m2*) V || 22 extremum E *G* | ualidius *ex* ualidus V || 23 egestae ♂ V || 24 Balcobaudes E *A G* || 25 propinquitate V propinquante E *A G* || 29 exalta V et altera E *A* sex a. *G* s. alia *Hadr. Val.* (W*m2*) || 30 ille V *om.* E *A G* mille *Val. in adn.* (W*m2* N)

8 noctis itaque aduentu proelio iam dirempto refectisque uiribus fessis / prope confinia lucis ductor egregius in agminis quadrati figuram producto exercitu, cum comperisset occultantibus tenebris barbaros lapsos, securus insidiarum per aperta camporum sequebatur et mollia / calcando semineces et constratos, quos uulneribus frigorum asperitate 5
9 contractis dolorum absumpserat magnitudo. exin progressus ulterius reuertens, ubi nullum reppererat, didicit regem hostilium agminum cum paucis captum ab Ascariis, quos ipse per iter aliud ad diripienda tentoria miserat Alamannica, suffixum patibulo. ideoque iratus in tribunum animaduertere statuit ausum hoc inconsulta potestate su- 10 periore fecisse eumque damnasset, ni militari impetu commissum facinus atrox documentis euidentibus constitisset.

10 Ei post haec redeunti Parisios post claritudinem recte gestorum / imperator laetus occurrit breuique postea consulem designauit illo uidelicet ad gaudii cumulum accedente, quod isdem diebus Procopii 15
11 susceperat caput a Valente transmissum. praeter haec alia multa narratu minus digna conserta sunt proelia per tractus uarios Galliarum, quae superfluum est explicare, cum neque operae pretium aliquid eorum habuere prouentus nec historiam producere per minutias ignobiles decet. 20

3 Hoc tempore uel paulo ante noua portenti species per Annonariam apparuit Tusciam idque quorsum euaderet prodigialium rerum periti penitus ignorarunt. in oppido enim Pistoriensi prope horam diei tertiam spectantibus multis asinus tribunali escenso audiebatur destinatius rugiens et stupefactis omnibus, qui aderant quique didicerant 25 referentibus aliis, nulloque coniectante uentura postea, quod por-
2 tendebatur, euenit. Terentius enim, humili genere in urbe natus et pistor, ad uicem praemii, quia peculatus reum detulerat Orfitum ex praefecto, hanc eandem prouinciam correctoris administrauerat pote-

1 diremptorem fectis que **V** dirempto refectisque **E***AG* || 2 e[gregius] **V** || 5 semine cesset **V** semineces sed **E***A* semineces *G* s. et *Val.* | constratos **V** (a *ex* ic) *G def. Blomgren* constrictos **E***A* || 6 contractos **V** contractis *G* | dolorium **V** || 8 hastariis **E***AG* | reriter **V** per iter **E***AG* || 8.9 miserat *ante* ad *tr.* **E***AG* || 9 alamanni casu fixum **V** alamannica, suffixum **E***AG* (alem-) || 11 militarumpetu ♂ **V** || 13 et **V** *del. Pet.* ei *Cl.* | redeunt **VE** redeunti *AG* || 13.14 claritudinem—occurrit *add.* **V***m2 in marg.* || 14 aeuique **V** eumque **E***m2 AG* breuique *Pet.* || 15 accidente **V** accedente **E***AG* || 17 narratu* (*fu.* m) **V** || 18 cum] qm̃ *G* | aliquid **VE** *restit. Pet.* aliquod *AG* || 19 minutas **V** minutias **E***AG* || 22 prodici alium **V** prodigialium **E***AG* || 23 opido ♂ **V** || 24 escenso **V** *restit. Gron.* (*in adn.*) *Btl.* excenso **E** ascenso *AG* || 28 et ad **V** ad *G* | prae mihi **V** praemii **E***AG* | reum *ex* eum (*m2*) **V** | officium **V** Orfitum *Val.* || 29 prouinciae incorrectores **V** prouinciam correctoris **E***AG*

state. eaque confidentia deinceps inquietius agitans multa in nauicu-
lariorum negotio falsum admisisse conuictus, ut ferebatur, perit carni-
ficis manu regente Claudio Romam.

Multo tamen antequam hoc contingeret, Symmachus Aproniano 3
5 successit, inter praecipua nominandus exempla doctrinarum atque
modestiae. quo instante urbs sacratissima otio copiisque abundantius
solito fruebatur et ambitioso ponte exsultat atque firmissimo, quem
condidit ipse et magna ciuium laetitia dedicauit ingratorum, ut res
docuit apertissima. qui consumptis aliquot annis domum eius in 4
10 Transtiberino tractu pulcherrimam incenderunt ea re perciti, quod
uilis quidam plebeius finxerat illum dixisse sine indice ullo uel teste /
libenter se uino proprio calcarias exstincturum, quam id uenditurum
pretiis, quibus sperabatur.

Aduenit post hunc urbis moderator Lampadius ex praefecto prae- 5
15 torio, homo indignanter admodum sustinens, si, etiam cum spueret,
non laudaretur ut id quoque prudenter praeter alios faciens, sed non-
numquam seuerus et frugi. hic cum magnificos praetor ederet ludos / 6
et uberrime largiretur, plebis nequiens tolerare tumultum indignis
multa donari saepe urgentis, ut liberalem se et multitudinis ostenderet
20 contemptorem, accitos a Vaticano quosdam egentes opibus ditauerat
magnis. uanitatis autem eius exemplum, ne latius euagemur, hoc 7
unum sufficiet poni leue quidem, sed cauendum iudicibus. per omnia
enim ciuitatis membra, quae diuersorum principum exornarunt im-
pensae, nomen proprium inscribebat, non ut ueterum instaurator,
25 sed conditor. quo uitio laborasse Traianus dicitur princeps, unde eum
herbam parietinam iocando cognominarunt.

Hic praefectus exagitatus est motibus crebris, uno omnium maxi- 8
mo, cum collecta plebs infima domum eius prope Constantinianum
lauacrum iniectis facibus incenderat et malleolis, ni uicinorum et
30 familiarium ueloci concursu a summis tectorum culminibus petita saxis

2 falso E *A G* | ami[sisse] V admisisse E *A G* | periit E *A G* || 7.8 et ambitioso – quem con- *add. G def. Momms.* || 8 dedit V condidit *G* || 10 transtiberi non V Transtiberino E *A G* (-tyb-) || 11 plebe eius infixerat V plebeius finxerat E *A G def. C. F. W. M.* || 12 libentius E*m2 A* || 15 homo *om.* E *G* || 17 magnifico spereto redderet V magnificos praetor ederet E *A G* || 19 ut] ut et *Her.* | se et V *def. Pet.* se sed *Gdt.* se nec *Niemeyer* || 20 accitos (i *ex* u) V | ditauarat (t *pr. ex* b *m3*) V ditauerat E *A G* || 22 leui V leue E *A G* || 23 exarmarunt VE exornarunt E*m2 A G* || 24 inscribebant VE inscribebat E*m2 A G* || 25 laborasset V laborasse E *A G* laborasse et *Her.* || 26 locando V *corr. m3* || 29 neuitiorum V ni seruitiorum E *A G* uicinorum *Hadr. Val.* (W*m2*) || 30 familiarum V familiarium E *A G*

9 et tegulis abscessisset. eaque ui territus ipse primitiis crebrescentis seditionis in maius secessit ad Muluium pontem, quem struxisse superior dicitur Scaurus, adlenimenta ibidem tumultus opperiens, / 10 quem causa concitauerat grauis. aedificia erigere exordiens noua uel uetusta quaedam instaurans non ex titulis solitis parari iubebat im- 5 pensas, sed si ferrum quaerebatur aut plumbum aut aes aut quidquam simile, apparitores immittebantur, qui uelut ementes diuersas raperent species nulla pretia persoluendo, unde accensorum iracundiam pauperum damna deflentium crebra aegre potuit celeri uitare digressu. 10

11 Aduenit successor eius ex quaesitore palatii Viuentius, integer et prudens Pannonius, cuius administratio quieta fuit et placida copia rerum omnium fluente. sed hunc quoque discordantis populi sedi- 12 tiones terruere cruentae, quae tale negotium excitauere. Damasus et Vrsinus supra humanum modum ad rapiendam episcopi sedem arden- 15 tes scissis studiis asperrime conflictabant ad usque mortis uulnerumque discrimina adiumentis utriusque progressis, quae nec corrigere sufficiens Viuentius nec mollire coactus ui magna secessit in suburba- 13 num. et in concertatione superauerat Damasus parte, quae ei fauebat, instante constatque in basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est con- 20 uenticulum, uno die centum triginta septem reperta cadauera peremptorum efferatamque diu plebem aegre postea delenitam.

14 Neque ego abnuo ostentationem rerum considerans urbanarum huius rei cupidos ob impetrandum, quod appetunt, omni contentione laterum iurgare debere, cum id adepti futuri sint ita securi, ut diten- 25

1 premitus **V** primitus **V***m3* **E***A* fremituque *G Owens* primitiis *Pet.* | crebrescentis *ex* crebriscentis (*m2*) **V** || 2 mullium **V** Miluium **E***A* muluium *G* || 3 adlenimenta **V** *def. Georges Langen* ut lenimenta *Pet.* lenimenta *Nov.* ad l. *Blomgren reiec. Miller* || 4 exoriens **V** exordiens *Btl.* || 6 an plumbum **V** aut p. **E***AG* || 7 diuersa **V** diuersas **E***AG* || 8 praecia **V** || 9 deflentium crebra damna *tr.* **E***AG* || 11 exquisitore **V** exquisitor **V***m3***E***A* ex quaesitore *G* | iuuentius *ex* uiuentius (*m3*) **V** Viuentius **E** *Lind.* Iuuentius *A* Vincentius *G* || 13 fluentes et **V** fluens et **V***m3***E***AG* adfluens. sed *C. F. W. M.* afluente. set *Cl.* | discordantes **VE** discordantis **E***m2AG* || 14 quae **V** *def. dubit. Blomgren restituimus* quas *Pet.* | excitare **V** excitauere **V***m3***E***AG restituimus* excitarat *Pet.* || 15 Vrsicinus *AG* | epicops **V** episcopalem **V***m3***E***AG* episcopi *Her.* || 16 conflictabant **V** *def. Bickel* conflictabantur *G* || 18 Iuuentius *A* | ui magna coactus *tr.* **E***AG* || 19 in] on **V** *corr. m3* | parte quae eius **V** p. q. ei **V***m3G* parteque eius **E***A* parte quae causae e. *Her.* p. q. rebus e. *Walter* || 20 ratus **V** *corr. m3* || 22 delenita **V** *corr. m3* delinitam **E***AG* || 23 abuno **V** *corr. m3* | ostentatione **V** *corr. m3* || 25 laeterum **V** *corr. m3* | iurgare **V** *restit. Pet.* iurgari **V***m3***E***AG* | secura **V** *corr. m3* | dituntur **V** *corr. m3*

tur oblationibus matronarum procedantque uehiculis insidentes circumspecte uestiti epulas curantes profusas adeo, ut eorum conuiuia regales superent mensas. qui esse poterant beati re uera, si magnitudine urbis despecta, quam uitiis opponunt, ad imitationem antistitum quorundam prouincialium uiuerent, quos tenuitas edendi potandique parcissime, uilitas etiam indumentorum et supercilia humum spectantia perpetuo numini uerisque eius cultoribus ut puros commendant et uerecundos. hactenus deuiasse sufficiet, nunc ad rerum ordines reuertamur.

4 Dum aguntur ante dicta per Gallias et Italiam, noui per Thracias exciti sunt procinctus. Valens enim, ut consulto placuerat fratri, cuius regebatur arbitrio, arma concussit in Gothos ratione iusta permotus, / quod auxilia misere Procopio ciuilia bella coeptanti. ergo conueniet pauca super harum origine regionum et situ transcurrere per breuem excessum.

2 Erat Thraciarum descriptio facilis, si ueteres concinerent stili, quorum obscura uarietas quoniam opus ueritatem professum non iuuat, / sufficiet ea, quae uidisse meminimus, expedire. 3 has terras immensa quondam camporum placiditate aggerumque altitudine fuisse porrectas Homeri perennis auctoritas docet aquilonem et zephyrum uentos exinde flare fingentis, quod aut fabulosum est aut tractus antehac diffusi latissime destinatique nationibus feris cuncti Thraciarum uocabulo censebantur. 4 et partem earum habitauere Scordisci, / longe nunc ab isdem prouinciis disparati, saeui quondam et truces et, ut antiquitas docet, hostiis captiuorum Bellonae litantes et Marti / humanumque sanguinem in ossibus capitum cauis bibentes auidius, / quorum asperitate post multiplices pugnarum aerumnas saepe res Romana uexata postremo omnem amisit exercitum cum rectore.

5 Sed, ut nunc cernimus, eadem loca formata in cornuti sideris modum effingunt theatri faciem speciosam. cuius in summitate occiden-

1 proceduntque V *def. dubit. Blomgren* procedantque *G* || 3 regale V *corr. m3* || 3.4 reuersas imagnitudine urbi V re uera si magnitudine urbis E*AG* || 4 oppunumt V *corr. m3* || 7 nomini VE numini *AG* || 13 qui *G* | et uilia V ciuilia E*AG* | con V conuenit V*m3*E*AG* conueniet *C. F. W. M.* || 14 horum E*G* | regionem E *om. G* || 18 uidisseme (e *pr. ex* i *m3*) V uidisse E*AG* | inmensam V immensa E*AG* || 20 humeri ♂ V || 21 uentos *om.* E*G* | fingentes V fingentis E*AG* || 22 diffusitatissime V diffusissimi E*A* diffusi latissime *G* | thracarum V Thraciarum *G* || 24 disperatis aeui V disparati: saeui E*AG* || 24.25 et trucetas aut V et truces ut E*AG* atrocitate, ut *Pet.* et truces et ut *Her.* || 25 *antiquitas (*fu.* t) V | histies V *corr. m3* || 26 cauis] humanis *G*

tali montibus praeruptis densitatae Succorum patescunt angustiae /
6 Thracias dirimentes et Daciam. partem uero sinistram arctois ob-
noxiam stellis Haemimontanae celsitudines claudunt et Hister, qua
Romanum caespitem lambit, urbibus multis et castris contiguus et
7 castellis. per dextrum, quod australe est, latus scopuli tenduntur 5
Rhodopes, unde eoum iubar exsurgit, finitur in fretum; cui undosius
ab Euxino ponto labenti pergentique fluctibus reciprocis Aegaeum
8 discidium panditur terrarum angustum. ex angulo tamen orientali /
Macedonicis iungitur collimitiis per artas praecipitesque uias, quae
cognominantur Acontisma. cui proxima Arethusa cursualis est statio, / 10
in qua uisitur Euripidis sepulchrum tragoediarum sublimitate con-
spicui, et Stagira, ubi Aristotelen, ut Tullius ait, fundentem aureum
9 flumen accipimus natum. haec quoque priscis temporibus loca barbari
tenuere morum sermonumque uarietate dissimiles. e quibus praeter
alios ut immaniter efferati timebantur Odrysae ita humanum fundere 15
sanguinem assueti, ut, cum hostium copia non daretur, ipsi inter epu-
las post cibi satietatem et potus suis uelut alienis corporibus impri-
merent ferrum.

10 Verum aucta re publica dum consulare uigeret imperium, has gentes
antehac semper indomitas uagantesque sine cultu uel legibus Marcus 20
Didius ingenti destinatione pressit, Drusus intra fines continuit pro-
prios, Minucius prope amnem Hebrum a celsis Odrysarum montibus
fluentem superatas proelio strauit, post quos residui ab Appio Clau-
dio pro consule sunt infesta concertatione deleti. oppida enim in
11 Bosporo sita et Propontide classes obtinuere Romanae. aduenit post 25
hos imperator Lucullus, qui cum durissima gente Bessorum conflixit

1 densita et **V** **E** Denselethae, et *A* densatae *G* *def. Madv.* densitatae *Hadr. Val. Günther prob. Pet. Blomgren* densitate *Gron.* densetae *C. F. W. M.* || 3 stelis ♂ **V** | hemi montana **VE** Hemimontanae *A* Hemi montanae *G* | clauduntur **VE** claudunt *AG* || 4 lambitur **VE** lambit **E***m2 AG* | contiguus est et **V** c. et *G* || 6 eo iuuar **V** eo (*lac. 3 litt.*) **E** eoum iubar *AG* | finituri *Pet.* || 7 fluentibus ♂ **V** | ad *ante* Aegaeum *add. G* || 10 arhetus acures uales **V** Aretusa curesuales **E***A* (Areth-) Arethusa conuallis *G* cursualis *Haupt* | est] et *G* || 11 euri pidissae pulchrum (s *alt. add. sup. lin. m3*) **V** Euripidis sepulchrum **E***AG* || 13 natum accepimus **E***AG* || 14 tenuerem (e *alt. ex* b *m3*) **V** tenuere **E***AG* || 15 memorantur **E***AG* || 19 uiceret **V** uiueret **V***m3* **E***A* uigeret *G* || 20 ante ac **V** antehac **E***AG* antea *Her.* | ultu ♂ **V** || 21 pressit **V** repressit *Kell. def. Bickel* || 22 odrisarum **V** || 23 fluentem **V** *def. Blomgren* defluentem *Cl. c. c.* | superatis **VE** superatos **E***m2 AG* superatas *Her.* | claudi **V** *corr. m3* || 24 delecti **V** deleti **E***AG* | oppido **V** oppida **E***AG* || 26 adorissima **V** audacissima **E***m2 AG* durissima *Val.* (**N***m2*) atrocissima *Pet.*

omnium primus, eodemque impetu Haemimontanos acriter resistentes oppressit. quo imminente Thraciae omnes in dicionem ueterum transiere nostrorum hocque modo post procinctus ancipites rei publicae sex prouinciae sunt quaesitae.

5 Inter quas prima ex fronte, quae Illyriis est confinis, Thracia speciali nomine appellatur; quam Philippopolis, Eumolpias uetus, et Beroea amplae ciuitates exornant. post hanc Haemimontus Hadrianopolim habet, quae dicebatur Vscudama, et Anchialon ciuitates magnas, dein Mysia, ubi Marcianopolis est, a sorore Traiani principis ita 10 cognominata, et Dorostorus et Nicopolis et Odessos, iuxtaque Scythia,/ in qua celebriora sunt aliis oppida Dionysopolis et Tomi et Callatis. / Europa omnium ultima praeter municipia urbibus nitet duabus, Apris et Perintho, quam Heracleam posteritas dixit. Rhodopa huic adnexa / **13** Maximianopolim habet et Maroneam et Aenum, qua condita et relic- 15 ta Aeneas Italiam auspiciorum prosperitate perpetua post diuturnos occupauit errores. **12**

Constat autem, ut uulgauere rumores assidui, omnes paene agrestet, qui per regiones praedictas montium circumcolunt altitudines, / salubritate uirium et praerogatiua quadam uitae longius propagandae 20 nos anteire idque inde contingere arbitrantur, quod colluuione ciborum abstinent calidis et perenni uiriditate roris asperginibus gelidis / corpora constringente aurae purioris dulcedine potiuntur radiosque solis suapte natura uitales primi omnium sentiunt nullis adhuc macu- **14**

2 transire ♂ V transiuere E*A G* || 3 ancipites (c *ex* t) V || 5 quae ex fronte quae (quae *alt. del. m2*) E quae ex fronte *tr. A G* | illyrus et V Illyriis est E *A G* || 6 eum ulpias V cum Vlpia E Eumulpia *A* Eumolpias *G* || 7 [post hanc] V | emimontus VE Hemimontus *A G* || 8 uscu dam V Vscuda E Vscuduma *A* Vscudama *G* | magnas V *def. Blomgren Bickel Bae.* magnas et opulentas *Nov.* || 9 mysta VE Mista *A* Mysia *G* || 10 Dorestorus E *A* | incopolis V *corr. m3* | odys[sus] V Odrisus E Odrysus *A* Odyssus *G* Odessus *Val. in adn.* | ius*ta que (s *ex* x *m2; * fu.* s) V Vestaque E iuxtaque *A G* || 11 celebria ♂ V | aliis *om.* E*G* | dionisopolis V dionisiopolis E Dionysiopolis *A* Dionysopolis *G* | galati VE Calati *A* Calatis *G* Callatia *Her.* || 12 in *ante* Europa *add. G* || 13 eracleam V | rodopa V*G* Rhodopa E*A* || 14 marona ea metae num V maroneaeam et aeneum E*m2* Maronaeam et Aenum *A* Maroneam et A. *G* | quam VE post quam E*m2 A G* qua *Val.* | conditam E*A G* | relicta* (*fu.* e) V relictam E*A G* || 15 diuturnas V diuturnos E*A G* || 17 egrestes V agrestes E*A G* || 20 [n]o sa nte[i]re (n *fu.* s, i *fu.* l) V || 21 calidis et V *def. Blomgren* (*lac. 3 litt.*) c. et *G* et c. et *Eyss. def. Naumann* (*uel plura excidisse putau.*) indumentisque c. et *Brakman* auida et *Her.* callidi, set *dubit. Cl. in corr.* atque calidis et *Damsté* calida et *Miller* calidisque et *Rolfe* atque potibus calidis et *Češka* | perenni (nn *ex* rm) V

lis rerum humanarum infectos. his ita digestis pedem referamus ad coepta.

5 Procopio superato in Phrygia internarumque dissensionum materia consopita Victor magister equitum ad Gothos est missus cogniturus aperte, quam ob causam gens amica Romanis foederibusque longae 5 pacis obstricta tyranno dederat adminicula bellum principibus legitimis inferenti. qui ut factum firma defensione purgarent, litteras eiusdem obtulere Procopii ut generis Constantiniani propinquo imperium sibi debitum sumpsisse commemorantis ueniaque dignum asserentes errorem. 10

2 Quibus eodem referente Victore compertis Valens parui ducens excusationem uanissimam in eos signa commouit motus aduentantis iam praescios et pubescente uere quaesito in unum exercitu prope Daphnen nomine munimentum est castra metatus ponteque contabulato supra nauium foros flumen transgressus est Histrum resisten- 15 3 tibus nullis. iamque sublatus fiducia cum ultro citroque discurrens / nullum inueniret, quem superare poterat uel terrere; omnes enim formidine perciti militis cum apparatu ambitioso propinquantis montes 4 petiuere Serrorum arduos et inaccessos nisi perquam gnaris. ne igitur aestate omni consumpta sine ullo remearet effectu, Arintheo magistro 20 peditum misso cum praedatoriis globis familiarum rapuit partem, / quae antequam ad dirupta uenirent et flexuosa capi potuerunt per plana camporum errantes. hocque tantum, quod fors dederat, impetrato redit cum suis innoxius nec illato graui uulnere nec accepto.

5 Anno secuto ingredi terras hostiles pari alacritate conatus fusius 25 Danubii gurgitibus uagatis impeditus mansit immobilis prope Carporum uicum statiuis castris ad usque autumnum locatis emensum. /

1 infestos **V** infectos **E** *A* *G* | his *add.* **E** *A* *G* || 1.2 at coeptam **V** ad coepta **E** *A* *G* || 3 frigia **V** || 4 consepita* (*fu.* a) **V** consopita **V***m3***E** *A* *G* | at **V** ad **E** *A* *G* || 5 inge **V** ingenuae **E** *A* *G* longae *Liesenberg def. Pet.* indultae *Nov.* deinde *Nemiah* iugis *Schmidt* (*iam dubit. Lind. in adn.*) || 6 ramo **V** ramorum **E** *A* armorum *G* tyranno *Pet.* || 7 prima *A* *G* || 9 uenia *G* || 11 ducens **V** *restit. Nov.* pendens **E** *A* *G* || 12 aduentantes **V** aduentantis **E** *A* *G* || 13 uero **V** uere **E** *A* *G* | exercito *add.* **V***m2* *sup. lin.* exercitu **E** *A* *G* || 14 dafnem **VE** Daphnem *A* *G* Daphnen *C. F. W. M.* | pontesque **V** ponteque **E** *A* *G* || 16–19 iamque – inaccessos *scr.* **V***m2* *in textu* || 16 ultroque **V***m2* ultro citroque **E** *A* *G* || 17 posset **E** *A* *G* | terrae **V***m2* terrere **E** *A* *G* || 18 perciti *ex* percuti **V***m2* | milites **V***m2***E** militis *A* *G* | propinquantes **V***m2***E** propinquantis *A* *G* || 19 Succorum *A* | maccessos **V***m2* inaccessos **E** *A* *G* | igitur] ig̅ **E** *om.* *A* *G* || 24 rediit **E** *A* *G* || 24.25 accepto .. secuto **V** Autumno *ante* secuto *add.* **E** *A* anno *G* accepto. secuto *def. dubit.* *Blomgren* || 26 uagatis **V** *restituimus* euagatis *Corn.* | corporum **V** Carporum *G* || 27 ad *om.* **E** *G*

unde quia nihil agi potuit dirimente magnitudine fluentorum Marcianopolim ad hiberna discessit.

6 Simili pertinacia tertio quoque anno per Nouiodunum nauibus transmittendum amnem conexis perrupto barbarico continuatis itineribus longius agentes Greuthungos bellicosam gentem aggressus est postque leuiora certamina Athanaricum ea tempestate iudicem potentissimum ausum resistere cum manu, quam sibi crediderit abundare, extremorum metu coegit in fugam ipseque cum omnibus suis Marcianopolim rediuit ad hiemem agendam ut in illis tractibus habilem.

7 Aderant post diuersos triennii casus finiendi belli materiae tempestiuae: prima quod ex principis diuturna permansione metus augebatur hostilis; dein quod commerciis uetitis ultima necessariorum inopia barbari stringebantur adeo, ut legatos supplices saepe mittentes uenialem poscerent pacem. 8 quibus imperator rudis quidem, uerum spectator adhuc aequissimus rerum, antequam adulationum perniciosis illecebris captus rem publicam funeribus perpetuo deflendis affligeret, in commune consultans pacem dare oportere decreuit. 9 missique uicissim Victor et Arintheus, qui tunc equestrem curabant militiam et pedestrem, cum propositis condicionibus assentiri Gothos docuissent litteris ueris, praestituitur componendae paci conueniens locus. et quoniam asserebat Athanaricus sub timenda exsecratione iurandi se esse obstrictum mandatisque prohibitum patris, ne solum calcaret aliquando Romanum, et adigi non poterat indecorumque erat et uile ad eum imperatorem transire, recte noscentibus placuit / nauibus remigio directis in medium flumen, quae uehebant cum armigeris principem gentisque iudicem inde cum suis, foederari, ut statutum est, pacem. 10 hocque composito et acceptis obsidibus Valens Con-

3 nouidunum V Nouiodunum *Sey. Condurachi* || 4 transmitendum V transmittendum E *A* ad t. *G* ad *ex l. 6 explic. Aldrich* ad *reiec. Pighi* | eo nexis V connexis E *AG* || 5 longis V longius *G* | Grutungos *A* Greutungos *G* Theruingos *Schmidt Várady* || 6 ad atharicum VE ad Athanaricum *A* Athanaricum *G* || 7 crediderat *A* || 8 motu V metu E *AG* | ipsique V ipseque E *AG* || 11 belli *add.* V*m2 sup. lin.* || 15 uenalem V uenialem *G* | praecem V pacem E *AG* || 17 adfligeret *add.* V*m2 sup. lin.* || 18 commine V commune E *AG* | dare V *def. Pighi defendimus* (*cf.* 28, 5, 9) dari *Pet.* | decreuimus. siquae V decreuit: emisitque *G* Emissique *Lind.* Missique *Val.* || 19 Victorem et Arintheum *G* || 19.20 equestrem cum V e. militiam agerent cum E *A* e. m. a. qui cum *G* e. ac pedestrem militiam agebant cum *Val. in adn.* e. militiam curabant et pedestrem *Momms.* e. c. m. et p. *colloc. Cl. c. c.* || 20 adsenturi V assentiri E *AG* || 22 at athanarihcus V Athanaricus E *AG* || 23 iuris *ante* iurandi *add.* E *AG del. Pet.* || 24 aliquando calcaret *tr. AG* | romanorum V Romanum *Btl. Nov.*

stantinopolim redit, ubi postea Athanaricus proximorum factione genitalibus terris expulsus fatali sorte decessit et ambitiosis exsequiis / ritu sepultus est nostro.

6 Inter haec Valentiniano magnitudine quassato morborum agitanteque extrema conuiuio occultiore Gallorum, qui aderant in commilitio 5 principis, ad imperium Rusticus Iulianus tunc magister memoriae poscebatur quasi afflatu quodam furoris bestiarum more humani sanguinis auidus, ut ostenderat, cum proconsulari potestate regeret 2 Africam. in praefectura enim urbana, quam adhuc administrans exstinctus est, tempus anceps metuens tyrannidis, cuius arbitrio 10 tamquam inter dignorum inopiam ad id escenderat columen, lenis 3 uideri cogebatur et mollior. contra hos nitebantur aliqui studiis altioribus in fauorem Seueri magistri tunc peditum ut apti ad hoc impetrandum, qui, licet asper esset et formidatus, tolerabilior tamen fuit et praeferendus modis omnibus ante dicto. 15

4 Sed dum haec cogitantur in cassum, imperator remediis multiplicibus recreatus uixque se mortis periculo contemplans extractum Gratianum filium suum adulto iam proximum insignibus principatus 5 ornare meditabatur. et paratis omnibus militeque firmato, ut animis id acciperet promptis, cum Gratianus uenisset, progressus in campum 20 tribunal escendit splendoreque nobilium circumdatus potestatum / dextra puerum apprehensum productumque in medium oratione contionaria destinatum imperatorem exercitui commendabat.

6 ,,Faustum erga me uestri fauoris indicium hunc loci principalis circumferens habitum, quo potior aliis iudicatus sum multis et claris, / 25 consiliorum sociis uotorumque auspicibus uobis pietatis officium aggrediar tempestiuum prospera deo spondente, cuius sempiternis auxi- 7 liis stabit Romana res inconcussa. accipite igitur, quaeso, placidis

1 rediit **E***A G* | aiathanaricus **V** Athanaricus **E***A G* || 3 ritus **V** ritu **E***A G* || 4 magnitudo quaesata **V** magnitudine quassato **E***A G* || 5 conuii **V** concitatione **E***A* conuiuio *G* consilio *Val. in adn.* colloquio *Cl.* (**T**) | occult[i]ore (*fu.* (a **V** *om.* **E***A* || 6 rusticis **V** rudis uel rustici **E** rustici *A* Rusticus *G* || 9 et africam **V** Africam **E***A G* || 10 tyrannides **V** tyrannidis **E***A G* tyrannidos *dubit. Cl. in app.* || 11 adit **V** ad id **E***A G* | discenderat **V** descenderat **E***A* ascenderat *G* escenderat *Gron.* | columen **V** *restit. Pet.* culmen *G* || 14 tollerabilior **V** || 15 modis omnibus praeferendus *tr.* **E***A G* || 16 cum **E***A G* | fremendus **V** febribus **E***A* remediis *G* || 21 tribunale se condit **V** tribunal ascendit **E***A G* escendit *Gron. in adn.* || 22 dextera **E***G* || 23 concionaria **V** || 24 austum **V** haustum **E***A* Auctum *G* fausto *Val. in adn.* faustum *Hadr. Val.* (**C** *Fauchet.*) augustum *Corn. prob. Pet.* | iudicio *Val. in adn.* || 26 auspicilius **V** auspicibus **E***A G* | officiis **V** officium *Val.* || 26.27 adgredi artem pestiũu pro pera **V** adgrediar tempestiuum propitio **E***A* a. tempestiuis prospera *G*

mentibus, uiri fortissimi, desiderium nostrum id reputantes, quod
haec, quae fieri caritatis sanciunt iura, non tantum transire uoluimus
per conscientiam uestram, uerum etiam probata firmari ut congrua
nobis et profutura. Gratianum hunc meum adultum, quem diu uer- 8
5 satum inter liberos uestros commune diligitis pignus, undique muni-
endae tranquillitatis publicae causa in augustum sumere commilitium
paro, si propitia caelestis numinis uestraeque maiestatis uoluntas /
parentis amorem iuuerit praeeuntem, non rigido cultu ab incunabulis
ipsis ut nos educatum nec tolerantia rerum coalitum asperarum nec
10 capacem adhuc Martii pulueris, ut uidetis, sed familiae suae laudibus
maiorumque factis praestantibus concinentem, parcius inuidiae metu
dicitur, protinus surrecturum. ut enim mihi uideri solet mores eius et 9
appetitus licet nondum maturos saepe pensanti, ineunte adolescentia, /
quoniam humanitate et studiis disciplinarum sollertium expolitus, /
15 librabit suffragiis puris merita recte secusue factorum; faciet, ut
sciant se boni intellegi; in pulchra facinora procursabit signis mili-
taribus et aquilis adhaesurus; solem niuesque et pruinas et sitim
perferet et uigilias; castris, si necessitas adegerit aliquotiens, propu-
gnabit; salutem pro periculorum sociis obiectabit et, quod pietatis
20 summum primumque munus est, rem publicam ut domum paternam /
diligere poterit et auitam."

Nondum finita oratione dictis cum assensu laeto auditis pro suo 10
quisque loco animo milites alius alium anteire festinans tamquam
utilitatis et gaudiorum participes Gratianum declararunt Augustum /
25 classicorum amplissimo sonu blandum fragorem miscentes armorum. /
quo uiso maiore fiducia Valentinianus exsultans corona indumentis- 11

2 hae **V** haec **E** *A G* || 3 etiam] $\overline{\text{aet}}$ **E** et *G* || 4 nobis **V** uobis *Btl. prob. Pet.* || 5 diligentis **V** diligitis **E** *A G* || 6 sumeret **V** sumere **E** *A G def. Bickel Pighi* adsumere *Her.* || 7 praecipua *A* | caelestinum in his **V** celesti numinis **E** caelestis n. *A G* || 9 ut *add. G* | tollerantia **V** || 10 marti **V** martis **E** *A* Martii *G* || 11 in aiorumque **V** maiorumque **E** *A G* | paucibus **V** paucioribus **E** *A G* potioribus *Val. in adn.* parcius *Madv.* cautius *Pet.* || 12 ut dicitur **E** *A G* *Val.* | surrepturum **E** *A G* succreturum *Val. in adn.* | meres **V** mens **E** *A* mores *G* || 13 maturus **E** *A* | pensantum eunte **V** prensantum e. **E** *A* pensanti ineunte *G* | adulescentiam **V** adolescentia **E** *A G* || 14 est *ante* expolitus *add. Hadr. Val. reiec. Pighi Blomgren Miller* || 15 librauit **V** *def. Pighi prob. Miller* librabit *G* || 16 sciant*se **V** || 17 sollem niues ques et **V** solem niuesque et **E** *A G* || 18 propugnabat **V** propugnabit **E** *A G* || 20 munus *om. G* || 23 et *ante* animo *add. Val. reiec. Blomgren* | laeto *post* animo *add.* **E** *A G* || 24 gratanum ♂ **V** | declarunt ♂ **V** || 25 clarimorum **V** classicorum **E** *A G def. A. Müller* clamorum *Pet.* | sono **E** *A G* || 26 more **V** *def. Pet.* maiore *G def. Sey.* | fiduciae *Pet.*

que supremae fortunae ornatum filium osculatus iamque fulgore conspicuum alloquitur aduertentem, quae dicebantur.

12 „En“, inquit, „habes, mi Gratiane, amictus, ut sperauimus omnes, augustos meo commilitonumque nostrorum arbitrio delatos ominibus faustis. accingere igitur pro rerum urguentium pondere ut patris 5 patrui collega et assuesce impauidus penetrare cum agminibus peditum gelu peruios Histrum et Rhenum, armatis tuis proximus stare, / sanguinem spiritumque considerate pro his impendere, quos regis, /

13 nihil alienum putare, quod ad Romani imperii pertinet statum. haec pro tempore praecepisse sufficiet, cetera monere non desinam. nunc 10 reliqui uos estis, rerum maximi defensores, quos rogo et obtestor, ut accrescentem imperatorem fidei uestrae commissum seruetis affectione fundata.“

14 His dictis sollemnitate omni firmatis Eupraxius, Caesariensis Maurus, magister ea tempestate memoriae, primus omnium exclamauit: / 15 „familia Gratiani hoc meretur“ statimque promotus quaestor multa et prudentibus aemulanda bonae fiduciae reliquit exempla nusquam a statu naturae discedens intrepidae, sed constans semper legumque similis, quas omnibus una eademque uoce loqui in multiplicibus aduertimus causis; qui tunc magis in suscepta parte iustitiae permanebat, / 20 cum eum recta monentem exagitaret minax imperator et nimius. /

15 consurrectum est post haec in laudes maioris principis et nouelli maximeque pueri, quem oculorum flagrantior lux commendabat uultusque et reliqui corporis iucundissimus nitor et egregia pectoris indoles; / quae imperatorem implesset cum ueterum lectissimis comparandum, / 25 si per fata proximosque licuisset, qui uirtutem eius etiamtum instabilem obnubilarunt actibus prauis.

16 In hoc tamen negotio Valentinianus morem institutum antiquitus supergressus non Caesares, sed Augustos germanum nuncupauit et filium beniuole satis. nec enim quisquam antehac asciuit sibi pari 30

1 supprema fortuna **V** supremae fortunae *G* || 2 dicebat **E***G* || 3 mihi **V** mi **E***AG* || 4 omnibus **VE** ominibus *AG* || 5 uirguentium spondere **V** urgentium pondere **E***AG* || 6 patrui **V** *def. Blomgren* et p. **E***AG* patruique *Hadr. Val.* || 8 sanguine **VE** sanguinem *AG* || 9 latus **V** *def. Harmon* salutem *Haupt* status *Pet.* decus *Nov.* statum *Her. def. Bae.* || 10 sufficiat **E***AG* | non **V** Nam **E***A* nunc *G del. ut dittogr. Nov.* || 14 firmasse ut praxius **V** (s *alt. del. m3*) **E***A* firmatis, Eupraxius *G* || 15 primus omnium] proditum **E***A* ||| 19 una* (*fu.* e) **V** || 22 in *add.* *AG* | nouilli ♂ **V** || 23 coinmendabat **V** || 24 pictoris **V** pectoris **E***AG* || 26 proximos qui **V** proximosque **E***AG* | et qui **E***AG* | instabile **V** instabilem **E***AG* || 27 alinubilarunt **V** adnubilabant **E***AG* obnubilarunt *Hadr. Val.* (C) || 28 [morem – antiquitus] **V** || 29.30 nuncupa[uit – satis] **V** || 30 finium ♂ **V**

potestate collegam praeter principem Marcum, qui Verum adoptiuum fratrem absque diminutione aliqua auctoritatis imperatoriae socium fecit.

7 His ex sententia rectoris et militum ordinatis uix dies intercessere
5 pauci, cum Mamertinum praefectum praetorio ab urbe regressum, / quo quaedam perrexerat correcturus, Auitianus ex uicario peculatus
2 detulerat reum. cui ideo Vulcacius successit Rufinus, omni ex parte perfectus et uelut apicem senectutis honoratae praetendens, sed lucrandi opportunas occasiones occultationis spe numquam praeter-
10 mittens. 3 qui nanctus copiam principis Orfitum ex praefecto urbis solutum exsilio patrimonii redintegrata iactura remitti fecit in lares.

4 Et quamquam Valentinianus, homo propalam ferus, inter imperitandi exordia, ut asperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnumquam in potestate animi nitebatur, serpens tamen uitium
15 et dilatum licentius erupit ad perniciem plurimorum, quod auxit ira acerbius efferuescens. hanc enim ulcus esse animi diuturnum interdumque perpetuum prudentes definiunt nasci ex mentis mollitia consuetum id asserentes argumento probabili, quod iracundiores sunt incolumibus languidi et feminae maribus et iuuenibus senes et feli-
20 cibus aerumnosi.

5 Eminuit tamen per id tempus inter alias humilium neces mors Dioclis ex comite largitionum Illyrici, quem ob delicta breuia flammis iussit exuri, et Diodori ex agente in rebus triumque apparitorum potestatis uicariae per Italiam ideo necatorum atrociter, quod apud
25 eum questus est comes Diodorum quidem aduersus se ciuiliter implorasse iuris auxilium, officiales uero iussu iudicis ausos monere proficiscentem, ut responderet ex lege. quorum memoriam apud Me-

1 praetẽ**V** praeter **E***AG* || **2** maiestatis **E***AG* || **4** rectorum **E***AG* || **6.7** correcturus – detulerat *add.* **V***m2 in marg.* || **6** a[u]icitianus **V***m2* auicitianus **E** Auicitianum *A* Auitianus *G* || **7** uulgatius **V** Vulcatius *G* || **9** decassiones occultationes **V** occasiones occultationis **E***AG* || **10** offitum **V** offm̄ **E** officium *A* Orfitum *G* || **11** oblutum **V** oblatum **E***A* solutum *G* | sedintegrata **V** redintegrata *G* || **13** moliret **V** molliret **E***AG* || **15** dilatum] celatum *uel* dissimulatum *Corn.* | aliquandiu *post* dilatum *add.* **E***AG def. Corn.* paulatim *Brakman* || **16** uulcus esse **V** esse ulcus **E***AG* || **17** in perpetuum **V** *corr. m3* | defiNi**V** definiunt **E***AG* | mollicie **E** (-tie) *AG* || **19.20** faenes et felibus aerumnosis (s *ult. del. m2*) **V** senes et felicibus aerumnosi **E***AG* || **21** halias **V** | moris **V** mors **E***AG* || **22** leuia **E***AG Nov.* || **23** potestates **V** potestatis *G* || **24** id **V** *def. Bae.* ob id *G* ideo *Löfst.* | peccatorum **V** uexatorum *G* necatorum *Hadr. Val.* || **25** gestus **V***A* suggestus **E***m2* questus *G* | uiliciter **V** uelociter **E***A* ciuiliter *G* inlicite *Dimock* i. ter *dubit. Cl. in corr.* || **26** ausus **V** ausos *G* | munere **VE** monere **E***m2AG* || **27** memoria **V** memoriam **E***AG*

diolanum colentes nunc usque Christiani locum, ubi sepulti sunt, Ad Innocentes appellant.

6 Dein cum in negotio Maxentii cuiusdam Pannonii ob exsecutionem a iudice recte maturari praeceptam trium oppidorum ordines mactari iussisset, interpellauit Eupraxius tunc quaestor et „parcius" inquit 5 „agito, piissime principum; hos enim, quos interfici tamquam noxios iubes, ut martyras, id est diuinitati acceptos, colit religio Christiana"./

7 cuius salutarem fiduciam praefectus imitatus Florentius, cum in re quadam uenia digna audisset eum percitum ira iussisse itidem ternos per ordines urbium interfici plurimarum, „et quid agitur", ait „si 10 oppidum aliquod curiales non habuerit tantos? inter reliqua id quo-

8 que suspendi debet, ut, cum habuerit, occidantur." ad hanc inclementiam illud quoque accedebat dictu dirum et factu, quod, si quis eum adisset iudicium potentis inimici declinans aliumque sibi postulans dari, hoc non impetrato ad eundem, quem metuebat, licet multa prae- 15 tenderet iusta, remittebatur. itemque aliud audiebatur horrendum, / quod, ubi debitorum aliquem egestate obstrictum nihil reddere posse discebat, interfici debere pronuntiabat.

9 Haec autem et similia licenter ideo altiore fastu quidam principes agunt, quod amicis emendandi secus cogitata uel gesta copiam ne- 20 gant, inimicos loqui terrent amplitudine potestatis. nulla autem est correctio prauitatum apud eos, qui, quod uelint, effici maximae putant esse uirtutis.

8 Profectus itaque ab Ambianis Treuerosque festinans nuntio percellitur graui, qui Britannias indicabat barbarica conspiratione ad ulti- 25

3 dem ♂ V | panonii ab V Pannonii ab E *A G* ob *Val. in adn.* | executione E *A G* || **4** praecepta V praeceptam *Val. in adn.* || **5** partius inquid V || **6** interficis V interfici E *A G* || **7** martyrias V martyres (uel martyrias *add. in marg. m2*) E Martyras *A G* | id – acceptos *del. Val. in adn. Btl. Haupt* || **8** florenticis V Florentius E *A G* || **9** iussisset idem V iussisse E *G* i. itidem *A* || **10** Etquid agitus V Et quid agetur E *A G* ecquid *Gdt.* agimus *Pet.* agitur *Cl.* || **11** obpidum V | haberet V habuerit *C. F. W. M.* habet *Pet.* | reliqui reliqua V reliqua E *A G* || **12** habuerint V E *G* habuerit *A* | inde mentiam V inclementiam E *A G* || **13** accidebat V accedebat E *A G* || **15** enandem V eundem E *A G* || **16** idemque V E itemque *A G* || **17** obstrictum *om.* E *G* || **18** dicebat V dicebant E dicebatur *A G* discebat *Cl. prob. Bickel* || **21** potestatio V potestatis E *A G* || **21.22** nulla uasat. uectio V N. uacat mistio E *G* N. u. quaestio *A* N. autem est correctio *Hadr. Val. in adn.* nulla st auctio *Madv.* nulla ualet correctio *Nov.* nil autem u. c. *Cl. in corr.* nil a. u. mentio *Dimock* nullo auso inuectionem *Her.* nulla uacat resectio *Walter* || **22** uelneffi maximas V uel inefficacissimas E *A* uel maximas *G* uelint efficere maximae *Hadr. Val. in adn.* u. effici m. *Madv.* || **23** uirtutes V uirtutis *Val. Madv.* || **24** treuerisque V Treuerosque *G* || **25** barbarico V barbarica E *A G*

mam uexatas inopiam Nectaridumque comitem maritimi tractus occisum et Fullofauden ducem hostilibus insidiis circumuentum. quibus 2
magno cum horrore compertis Seuerum etiamtum domesticorum comitem misit, si fors casum dedisset optatum, correcturum sequius
5 gesta. quo paulo postea reuocato Iouinus ... eadem loca profectus /
reuerti isdem celeri gradu permisit adminicula petituris exercitus
ualidi; id enim instantes necessitates flagitare firmabant. postremo 3
ob multa et metuenda, quae super eadem insula rumores assidui perferebant, electus Theodosius illuc properare disponitur, officiis Mar-
10 tiis felicissime cognitus, ascitaque animosa legionum et cohortium
pube ire tendebat praeeunte fiducia speciosa.

Et quoniam, cum Constantis principis actus componerem, motus 4
adolescentis et senescentis oceani situmque Britanniae pro captu
uirium explanaui, ad ea, quae digesta sunt semel, reuolui superfluum
15 duxi, ut Vlixes Homericus apud Phaeacas ob difficultatem nimiam
replicare formidat. illud tamen sufficiet dici, quod eo tempore Picti 5
in duas gentes diuisi, Dicalydonas et Verturiones, itidemque Attacotti, bellicosa hominum natio, et Scotti per diuersa uagantes multa
populabantur. Gallicanos uero tractusque Franci et Saxones, isdem
20 confines, quo quisque erumpere potuit, terra uel mari praedis acerbis
incendiisque et captiuorum funeribus omnium uiolabant.

Ad haec prohibenda, si copiam dedisset fortuna prosperior, orbis 6
extrema dux efficacissimus petens, cum uenisset ad Bononiae litus, /

1 nectari. Dumque **V** uastari D. **E** *A* Nectaridumque *G* | eum item **VE** comitem **E***m2* (*in marg.*) *A G* || 2 effullo fauden **VE** (efu-) Effullofaudem *A* et Bulchobauden *G* et Fullofaudem *Val.* et Fullobauden *Her.* | hostibus **V** hostilibus **E***m2 A G* || 3 etiam dum **V** e. tum **E** *A G* || 4 fros **V** fors **E** *A G* | correpturum **E** *A* || 5 quam **V** quo *G* | reuocata uinus cadem **V** r. / (*lac. 7 litt.*) eadem **E** r. Iouinus e. *A* reuocato, I. e. *G* ad *ante* eadem *add. C. F. W. M. reiec. Hassenstein lac. indic.*, in *add. Her.* || 6 prouertu idem **V** praeuentus i. **E** *A* prouentusidem *G* Prouertuidem *Hadr. Val.* reuerti isdem *Her.* | praemisit **E** *G* | petiturus **E** *G* || 8 ob] post **E** *A* | insularum mores **VE** i. rumores **E***m2* insulae r. **E***m3* (*in marg.*) *A* insula r. *G* || 9 illut **V** illuc **E** *A G* || 10 felissime cognitur **V** felicissime cognitus **E** *A G* | adsciata animus a **V** adscita animis **E** *A* ascitaque animosa *G* || 11 pubetere **V** pube **E** *A G* pube ire *Val.* || 12 quam (*sine dubio ex* qm̄ *archetypi*) **V** quamquam **E** *A* quoniam *G* | stantis **V** Constantis **E** *A G* || 13 oceanis. tumque **V** ocreani pro captu t. (pro captu *del. m2*) **E** oceani, t. *A* o. tractumque *G* situmque *Hadr. Val.* (N) | brittaniae **V** || 15 aut **V** ut **E** *A G* | aput feacas **V** | difficultate minimam **V** difficultatem nimiam **E** *A G* || 16.17 pictum **V** Picti in *G* || 17 Vecturiones **E** *A G* | Etidemque **V** idemque **E** itemque *A* itidemque *G* || 19 Gallicanosque *dubit. Cl. in app.* | uero *om. G* | tractusque **VE** tractus *A G* | idem **V** iisdem *G* || 20 terram **V** terra *G* | mare **E** *A* || 21 incendique **V** incendiisque **E** *A G* | hominum *G* || 22 decesset **V** dedisset **E** *A G*

quod a spatio controuerso terrarum angustiis reciproci distinguitur
maris, attolli horrendis aestibus assueti rursusque sine ulla nauigan-
tium noxa in speciem complanari camporum, exinde transmeato
lentius freto defertur Rutupias, stationem ex aduerso tranquillam. /
7 unde cum consecuti Bataui uenissent et Heruli Iouiique et Victores, / 5
fidentes uiribus numeri, egressus tendensque ad Lundinium, uetus
oppidum, quod Augustam posteritas appellauit, diuisis plurifariam
globis adortus est uagantes hostium uastatorias manus graues onere
sarcinarum et propere fusis, qui uinctos homines agebant et pecora, /
8 praedam excussit, quam tributarii perdidere miserrimi. isdemque 10
restituta omni praeter partem exiguam impensam militibus fessis/
mersam difficultatibus summis antehac ciuitatem, sed subito, quam
salus sperari potuit, recreatam ouantis specie laetissimus introiit.
9 Vbi ad audenda maiora prospero successu elatus totaque scrutando
consilia futuri morabatur ambiguus diffusam uariarum gentium ple- 15
bem et ferocientem immaniter non nisi per dolos occultiores et im-
prouisos excursus superari posse captiuorum confessionibus et trans-
10 fugarum indiciis doctus. denique edictis propositis impunitateque pro-
missa desertores ad procinctum uocabat et multos alios per diuersa
libero commeatu dispersos. quo monitu rediere plerique incentiuo 20
perciti releuatusque anxiis curis Ciuilem nomine recturum Britannias
pro praefectis ad se poposcerat mitti, uirum acrioris ingenii, sed
iusti tenacem et recti, itidemque Dulcitium, ducem scientia rei mili-
taris insignem.

1 asparo con prouerso V a. e controuerso E*A* à spatio c. *G* || 2 adsuNt V adsuntque E adsueti *AG* | nauiganti uiti V nauigantium E*AG* || 3.4 transmea tollentus V transmeato lentius E*AG* || 4 ruturias VE Rutupias *AG* || 5 comsecuti V | etheru uiique V etherumque E*A* et Heruli, Iouiique *G* || 6 lundinum V lundonium E (lundunium *in marg. m2*) *G* Londinium *A* || 8 odortus V adortus E*AG* || 8.9 honere sarcinarium V onere sarcinarum E*AG* || 9.10 peccora praedum V pecora praedam E*AG* || 10 miserimisdemque V miserrimi. Denique E*AG* isdemque *Gdt.* || 11.12 milibus faessis maessam V militibus fessis, mersam E*AG* || 12 suis V saeuis *uel* summis *C.F.W.M.* arduis *Her.* adsiduis *Brakman* scrupeis *Bickel* summis *def. Bae.* | antehanc V antehac E*AG* | ciuitatem (ciui- *ex* uui- *m2*) V | qua E*A* quoniam *G* || 13 mouentis specient V momentis specie tenus E*A* in ouantis speciem *G* o. specie *Nov.* || 14 audendam (m *del. m2*) V | totaque V *restituimus* (*cf. 25, 4, 11. 26, 4, 1*) tutaque *G* || 15 consiin ♂ V || 18 iudiciis V indiciis E*AG* || 19 alios *om.* E*AG* || 20 dispersis V dispersos E*AG* | ut *post* monitu *add. G* || 21 perciturei et usque V perciti (*lac. 4 litt.*) eisque E p. rei et usque *A* percitus, retentusque *G* p. exesusque *Corn.* p. deiectusque *Pet.* perciti *Momms.* reiectisque *Nov.* releuatusque *Her.* | brittanias V Britanniis E*A* Britannias *G* || 22 profectis V pro praefectis *G def. Sey.* || 23 dulcitum V Dulcinum E*A* Dulcitium E*m2G*

Haec in Britanniis agebantur. Africam uero iam inde ab exordio 9
Valentiniani imperii exurebat barbarica rabies per procursus auden-
tiores et crebris caedibus et rapinis intenta. quam rem militaris auge-
bat socordia et aliena inuadendi cupiditas maximeque Romani no-
5 mine comitis. qui uentura prouidus transferendaeque in alios inuidiae 2
artifex saeuitia morum multis erat exosus hac praecipue causa, /
quod superare hostes in uastandis prouinciis festinabat, affinitate
Remigii tunc magistri officiorum confisus, quo praua et contraria re-
ferente princeps, ut prae se ferebat ipse, cautissimus lacrimosa dis-
10 pendia diutius ignorauit Afrorum.

Gestorum autem per eas regiones seriem plenam et Ruricii praesi- 3
dis legatorumque mortem et cetera luctuosa, cum adegerit ratio, dili-
gentius explicabo. et quoniam adest liber locus dicendi, quae senti- 4
mus, aperte loquemur: hunc imperatorem omnium primum in maius
15 militares fastus ad damna rerum auxisse communium dignitates opes-
que eorum sublimius erigentem et, quod erat publice priuatimque
dolendum, indeflexa saeuitia punientem gregariorum errata, par-
centem potioribus, qui tamquam peccatis indulta licentia ad labes
delictorum immanium consurgebant; qui ex eo anhelantes ex nutu
20 suo indistanter putant omnium pendere fortunas. horum flatus et 5
pondera inuentores iuris antiqui mollientes etiam insontes quosdam
aliquotiens suppliciis aboleri censuere letalibus. quod saepe contingit, /
cum ob multitudinis crimina nonnulli sortis iniquitate plectuntur in-
noxii; id enim nonnumquam ad priuatorum pertinuit causas.

25 At in Isauria globatim per uicina digressi praedones oppida uillas- 6
que uberes libera populatione uexantes magnitudine iacturarum Pam-
phyliam afflictabant et Cilicas. quos cum nullis arcentibus interneciue
cuncta disperdere Asiae uicarius ea tempestate Musonius aduertisset,/

3 creb[ri]s V crebros *Löfst.* | cadibus ♂ V | militar V militaris E *A G* | agebat *A* || 4 socordio V socordia E *A G* | inuadenda V inuadendi E *A G* *def. Blomgren* || 5 comites V E comitis E*m2* *A G* | uentura V *def. Bae. Blomgren* uenturi E *A G* u. exitii *dubit. Cl. c. c. in app.* || 8 tunc] tc̄ E *om. G* || 9 perse-refe *post* princeps *del.*, prae se – diutius *add.* V*m2* *in marg.* | ut *add. G* || 11 etrurici V Aetrurici E *A* et Ruricii *G* || 12 quam ♂ V qm̄ E || 14 loquimur V *G* loquamur E *A* loquemur *Her. Cl. c. c.* || 16 sublimium V E sublimius *A G* | primatimque *G* || 17 erata V | parcere V E *anacol. dubit. def. Sey.* parcentem *A G* || 19 inmanum V immanium E *A G* | altius *post* eo *add. C. F. W. M. prob. Harmon* | annillantes (n *alt. ex* h) V anhelantes E *A G* a. superbius *Nov.* | ex utu V exitio E *A* ex nutu *G* || 20 putabant *Nov.* || 21 etiam] aēt E et *A* || 25 degressi V *def. Meurig-D.* digressi E *A G* | uellis que V uillasque E *A G* || 26 tacturarum V iacturarum E *A G* | pamfiliam V || 28 mosonius V Musonius E *A G*

Athenis Atticis antehac magister rhetoricus, deploratis nouissime rebus luxuque adiumento militari marcente adhibitis semermibus paucis, quos Diogmitas appellant, unum grassatorum cuneum, si patuisset facultas, adoriri conatus per angustum quendam transiens deuexitatis amfractum ad ineuitabiles uenit insidias et ibi cum his confossus (5)
7 est, quos ducebat. tali successu latrones praetumidos palantesque per uaria confidentius interfectis aliquibus ad latebrosa montium saxa, quae incolunt, excitae tandem copiae contruserunt; ubi cum eis nec quiescendi nec inueniendi ad uictum utilia copia laxaretur, per indutias pacem sibi tribui poposcerunt Germanicopolitanis auctoribus, / (10) quorum apud eos ut signiferae manus semper ualuere sententiae, obsidibusque datis, ut imperatum est, immobiles diu mansere nihil audentes hostile.

8 Haec inter Praetextatus praefecturam urbis sublimius curans per integritatis multiplices actus et probitatis, quibus ab adolescentiae (15) rudimentis inclaruit, adeptus est id, quod raro contingit, ut, cum timeretur, amorem non perderet ciuium minus firmari solitum erga
9 iudices formidatos. cuius auctoritate iustisque ueritatis suffragiis tumultu lenito, quem Christianorum iurgia concitarunt, pulsoque Vrsino alta quies est parta proposito ciuium Romanorum aptissima / (20) et adolescebat gloria praeclari rectoris plura et utilia disponentis. /
10 namque et Maeniana sustulit omnia fabricari Romae priscis quoque uetita legibus et discreuit ab aedibus sacris priuatorum parietes isdem inuerecunde conexos ponderaque per regiones instituit uniuersas, / cum auiditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri (25) nequiret. in examinandis uero litibus ante alios id impetrauit, quod

1 retoricus **V** | deplora*tis (*fu.* n) **V** | Nouissimi **V** nouissimis **E***AG* nouissime *Hadr. Val.* || 2 semihermibus **E** semiermibus *AG* || 3 diocmitas **V** Diogmitas *Val. in adn.* || 4 cunatus **V** conatus **E***AG* | angustam **V** angustum **E***AG* || 5 [adeneuitabiles (bi *add. sup. lin. m2*) uenit] **V** ad ineuitabiles u. **E***AG* || 6 Talissuccessus **VE***m2* Tali successu *AG* | palaniesque **V** planitiesque **E** palantesque *AG* || 7 animantium **V** montium *G* auia m. *Corn.* || 7. 8 saxaque **V** saxa quae **E***AG* saxaque quae *Corn.* || 8. 9 Nequiescendi **VE** nec quiescendi *AG* || 9 aduectum **VE** ad uictum *AG* | praeter *AG* | inducias **V** || 14 Praetexatus **E***G* || 15 multiplicis **V** multiplices **E***AG* || 16 quo **V** quod **E***AG* || 17 minis **E***m2AG* | ergo **VE** erga *AG* || 20 Vrsicino *G* | pariam **V** pari iam **E***AG* parta est *Val. in adn.* est parta *Fletcher* pari iam *uel* parta pari iam *Blomgren* | cium ♂ **V** || 21 et[1] *om.* **E***AG* | clari *AG* | complura *A* || 22 Nam *AG* | meniantis sustulit **V** menia tran s. **E** m. transtulit *A* meniana sustulit *G* || 23 uta **VE** uti **E***m2A* uetita *G* | acris **V** sacris **E***AG* | priuatorum parietes ab aedibus sacris *tr.* **E***A* (ad) *G* | iisdem *AG* || 24 institutum uersas **V** instituit uniuersas *G* || 25 moltorum ♂ **V** | trounas **VE** termas **E***m2A* trutinas *G*

laudando Brutum Tullius refert, ut cum nihil ad gratiam faceret, /
omnia tamen grata uiderentur esse, quae factitabat.
Sub idem fere tempus Valentiniano ad expeditionem caute, ut reba- **10**
tur ipse, profecto Alamannus regalis, Rando nomine, diu praestruens,
5 quod cogitabat, Mogontiacum praesidiis uacuam cum expeditis ad
latrocinandum latenter irrepsit. et quoniam casu Christiani ritus in- **2**
uenit celebrari sollemnitatem impraepedite cuiusce modi fortunae uirile
et muliebre secus cum supellectili non parua indefensum abduxit.
Paruo inde post interuallo inopina rei Romanae spes laetiorum **3**
10 affulsit. cum enim Vithicabius rex, Vadomarii filius, specie quidem
molliculus et morbosus, sed audax fortis ardores in nos saepe suc-
cenderet bellicos, opera nauabatur impensior, ut qualibet concideret
strage. et quia temptatus aliquotiens nullo genere potuit superari **4**
uel prodi, fraude citerioris uitae ministri studio sollicitante nostrorum
15 occubuit, cuius post necem aliquatenus hostiles torpuere discursus. /
interfector tamen prae metu poenarum, quas uerebatur, si patuisset
negotium, ad Romanum solum se celeri transtulit gradu.
Parabatur post haec lentioribus curis et per copias multiformes in **5**
Alamannos expeditio solitis grauior destinatius id publica tutela pos-
20 cente, quoniam reparabilis gentis motus timebantur infidi, milite
nihilo minus accenso, cui ob suspectos eorum mores nunc infimorum
et supplicum, paulo post ultima minitantium nullae quiescendi da-
bantur indutiae.
Contracta igitur undique mole maxima cateruarum armis et sub- **6**
25 sidiis rei cibariae diligenter instructa accitoque Sebastiano comite
cum Illyricis et Italicis numeris, quos regebat, anni tempore iam

2 esse *om. G* | factibat V faciebat E *A G def. C. F. W. M.* factitabat *Lind.* (W) || 3 expedicionem V || 3.4 rebaturi perprofecto V rebatur profecto E *A G* ipse *add. Eyss.* || 4 Alemannus *G* || 5 mogontia cum V Magonciacum E Moguntiacum *A* Magontiacum *G* || 6 quam ♂ V qm̄ E || 7 huiusce E *A* cuiusque *G* | fortunacae V fortunatae E *A* fortunae *G* || 7.8 uirilem et muliebrem E *G* || 8 sexum E *G* sexus *A* | supellectile E *A G* || 9 inopiam V inopina *G* || 10 uidichabius V Vidicabius E *A* Vithicabius *G* || 11 et fortis *G* fortisque *Brakman c. c. asynd. def. Blomgren* | inossae persuccenderet V in ossa per succenderet E *A* in nos saepe s. *G* semper *Hadr. Val.* persaepe *Walter* || 12 nauatur V nauabatur *Lind.* | conperet V comperta E *A* concideret *G* occumberet *Val. in adn.* conrueret *Nov.* || 13 attentatus E *A G* || 14 prode V prede E praedae *A* prodi *G* | ministris V ministri *G* | sollicitate V sollicitante E *A G* sollicitati *Pet.* || 16 potuisset V patuisset E *A G* || 19 Alemannos *G* | destinatus V destinatius E *A G* || 20 quam V quia E*m2 A G* quoniam *Hadr. Val.* | militem V milite E *A G* || 21 infirmorum E *A G* || 22 munitantium V minitantium E *A G* | dabatur V dabantur E *A G* || 25 diligenter (i *pr. ex* u) V || 26 illyriis V Illyricis *Her. prob. Bae.*

tepente Valentinianus cum Gratiano Rhenum transiit uisoque ne-
mine diuisis agminibus quadratis ipse medius incedebat Iouino et
Seuero, magistris rei castrensis, altrinsecus ordinum latera seruanti-
7 bus, ne repentino inuaderentur assultu. protinusque inde ductantibus
itinerum callidis exploratis accessibus per regiones longo situ por- 5
rectas sensim gradiens miles irritatior ad pugnandum uelut repertis
barbaris minaciter infrendebat. et quoniam aliquot diebus emensis /
nullus potuit, qui resisteret, inueniri, cuncta satorum et tectorum,
quae uisebantur, iniecta cohortium manu uorax flamma uastabat /
praeter alimenta, quae colligi dubius rerum euentus adigebat et custo- 10
8 diri. post haec leniore gressu princeps ulterius tendens, cum prope
locum uenisset, cui Solicinio nomen est, uelut quadam obice stetit /
doctus procursantium relatione uerissima barbaros longe conspectos.
9 qui nullam ad tuendam salutem uiam superesse cernentes, nisi se
celeri defendissent occursu, locorum gnaritate confisi unum spiranti- 15
bus animis montem occupauere praecelsum per confragosos colles
undique praeruptum et inuium absque septemtrionali latere, unde fa-
cilem habet deuexitatem et mollem. signis ilico fixis ex more cum
undique ad arma conclamaretur, imperio principis et ductorum stetit
regibilis miles uexillum opperiens extollendum, quod erat opportune 20
10 subeundae indicium pugnae. ergo quia spatium deliberandi aut exi-
guum dabatur aut nullum, hinc impatientia militis perterrente, inde
horrenda circumsonantibus Alamannis, id consilium ratio celeritatis
admisit, ut arctoam montium partem, quam clementer diximus esse
procliuem, Sebastianus occuparet cum suis fugientes Germanos, si 25

1 terente V recente E *A G* tepente *Val. in adn.* (N) | inhenum V Rhenum E *A G* *restit. Gdt. Nagl* Menum *Gron. in adn.* || 1.2 transtibusque neminem diuisis V tramitibusque rheni d. E *A* transgressus, indiuisis *G* t. resistente nemine diuisis *Val. in adn.* transit obuioque n. *Gron. pater* t. uisoque n. in *Gron. in adn.* transiit, ibique n. uiso *Nov.* diuisis *uel* diuersis *Gron. in adn.* ter diuisis *dubit. Gdt. in app.* || 2 ipsemedebat V incedebat E *A* ipse medius i. *G* || 3 castricisis V castrensis E *A G* || 5 nitu V itu E *A G* ambitu *C. F. W. M.* tractu *Corn.* situ *Freinsheim Oudendorp* || 6 inritantior ♂ V || 7 quam ♂ V qm̄ E | aliquo V aliquot E *A G* || 9 intecta V iniecta *G* || 10 colligit VE colligi E*m2 A G* || 12 soliconmo V Solicommo E *A* Solicinio *G* Solicomno *Momms.* | quodam E *A G* || 14 salutem tuendam *tr.* E *A G* | nisi se V *A G def. Brakman* nisi E ni sese *Kießl.* ni se *Her.* || 15 undelocorum V locorum *G* inde l. *Her.* deinde l. *Momms.* | confici V confisi E *A G* || 16 occurauere V occupauere E *A G* | percelsum V praecelsum E *A G* || 19 cumclamaretur V conclamaretur E *A G* | doctorum VE ductorum *A G* || 22 hic V hinc E *A G* || 23 Alemannis *G* || 24 dementer V clementer E *A G* | dicimus VE diximus *A G* || 25 occuparet *post* suis *add. G ante* cum *colloc. Cl. c. c.*

fors ita tulisset, leui negotio confossurus; quo ita, ut placuit, maturato
Gratianoque apud signa Iouianorum retro detento, cuius aetas erat
etiamtum proeliorum impatiens et laborum, Valentinianus ut dux
cunctator et tutus centurias et manipulos capite intecto collustrans /
5 nullo potentium in conscientiam arcani adhibito remota multitudine
stipatorum speculatum radices aggerum auolauit cum paucis, quorum
industriam norat et fidem, praedicans, ut erat sui arrogans aestimator, /
inuenire posse aliam uiam ducentem ad arduos cliuos praeter eam,
quam inspexere proculcatores. per ignota itaque et palustres uligines 11
10 deuius tendens insidiatricis manus locatae per abdita subito oppetis-
set accursu, ni necessitatis adiumento postremo per labilem limum
incitato iumento digressus legionum se gremiis immersisset post ab-
ruptum periculum, cui adeo proximus, ut galeam eius cubicularius
ferens auro lapillisque distinctam cum ipso tegmine penitus interiret /
15 nec postea uiuus repperiretur aut interfectus.
Proinde quiete reficiendis corporibus data signoque erecto, quod 12
solet ad pugnam hortari, tubarum minacium accendente clangore /
fidentissimo impetu acies motas prompte ante alios praeiere duo
iuuenes lecti in principiis adeundi discriminis Saluius et Lupicinus, /
20 Scutarius unus, alter e schola Gentilium, bellum fragore terribili con-
citantes hastasque crispando, cum ad rupium obiecta uenissent /
trudentibusque Alamannis euadere ad celsiora conantur, aduenit
omne pondus armorum isdemque antesignanis per hirta dumis et
aspera magno uirium nisu in editas sublimitates erepsit. acri igitur 13
25 partium spiritu conflictus cuspidibus temptatur infestis et hinc arte
belli doctior miles, inde licet feroces, sed incauti barbari dexteris

1 confossorus **V** | quod aut **V** quod haud **E***AG* quo ut *Val.* quo ita ut *Nov. prob. Pet.* || 2 signo io (io *del. m2*) **V** signa **E***AG* || 3 etiamtrum **V** || 4 consultrans **V** consultans **E***A* consalutans *G* collustrans *Val.* (**HN**) || 5 arcan **V** arcani **E***AG* || 8 inueni **V** inueniri **V***m3* **E***AG* inuenire *Her.* || 9 procursatores *G def. Corn.* || 10 locutae **V** secutae **E***A* locatae *G* | oblita **V** abrupta **E***AG* obsita *Pet.* abdita *Her. def. Bae.* | oppetiisset *AG* || 11 adcursum **V** adcursu ni **E***AG* || 12 iniumento **V** iumento **E***AG* | leonum **VE** limorum **E***m2* (*in marg.*) *A* legionum *G* | segremus **V** se gremiis **E***AG* || 13 fuit *post* proximus *add. G* erat *Walter reiec. dubit. Blomgren* || 16 quiinter efficiendis **V** que interficiendis **E***A* quiete reficiendis *G* | dato **V** data *G* || 17 munacium **V** minacium **E***AG* | dangore **V** clangore **E***AG* || 18 praetere **V** praeteriere **E***A* praeiere *G* | diro **V** duo **E***AG* || 19 principi saecundi **V** principis adeundi **E** principiis a. *AG* | saluus **V** Saluius **E***AG* || 20 scolae **V** schola *G* | bellum *add. Pet.* proelium *Löfst.* socios *Nov.* || 21 hastesque **V** hastasque **E***AG* | cum cum (cum *pr. del. m2*) **V** dum *Cl. in app.* | rupidum **V** rupium **E***AG* || 22 Alemannis *G* | conarentur *G* | huc *post* aduenit *add.* **E***AG* || 23 iis denique *AG* | hista ♂ **V** || 25 infessis **V** infensis **E***A* infestis *G* || 26 feraces **V** feroces **E***AG*

coiere collatis, quos latius sese pandens exercitus infusis utrimque cornibus afflictabat per fremitus territos et equorum hinnitus et tu-
14 bas. nihilominus tamen ipsi assumpta fiducia restiterunt aequataque parumper proeliorum sorte haud parua mole certatum est, dum ruina-
15 rum funeribus mutuis res gerebatur. disiecti denique Romanorum 5 ardore metuque turbati miscentur ultimis primi, dumque in pedes uersi discedunt, uerrutis hostilibus forabantur et pilis. postremo dum anheli currunt et fessi, pandebant sequentibus poplites et suras et dorsa. stratis denique multis lapsorum partem Sebastianus cum subsidiali manu locatus post montium terga trucidauit ex incauto latere 10 circumuentam; dispersi ceteri siluarum se latebris amendarunt.

16 In hac dimicatione nostri quoque periere non contemnendi. inter quos Valerianus fuit domesticorum omnium primus et Natuspardo quidam scutarius, exsertus ita bellator, ut Sicinio ueteri comparetur et Sergio. hisque tali casuum diuersitate perfectis milites ad hiberna, / 15 imperatores Treueros reuerterunt.

11 Per haec tempora Vulcacio Rufino absoluto uita, dum administrat,/ ad regendam praefecturam praetorianam ab urbe Probus accitus, / claritudine generis et potentia et opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem uniuersum paene patrimonia sparsa possedit, / 20
2 iuste an secus, non iudicioli est nostri. hunc quasi gemina quaedam, / ut fingunt poetae, Fortuna uehens praepetibus pinnis, nunc beneficum ostendebat et amicos sublimius erigentem, aliquotiens insidiatorem dirum et per cruentas noxium simultates. et licet potuit, quoad uixit, ingentia largiendo et interuallando potestates assiduas, erat 25 tamen interdum timidus ad audaces, contra timidos celsior, ut uideretur, cum sibi fideret, de coturno strepere tragico et, ubi paueret, /

1 coire VE *G* *def. Meurig-D.* coiere *A* | utrunque *G* || 2 territus V territos *G* || 3 restituerunt VE restiterunt *AG* | aequateque V aequataque E*AG* || 4 moles V mole E*AG* | turmarum E*AG* || 5 disiccti V disiecti E*AG* || 7 hastilibus *Pet. reiec. Meurig-D.* || 8 anhelli V || 9 sub[s]idiali (*fu.* ti) V || 11 amandarunt *AG* || 12 petere V oppetiere E*AG* periere *Pet.* (N) | condemnendi V contemnendi E*AG* || 13 natus pardo VE Natuspardo *A* natus spado *G* || 14 exsextus V et sextus E*A* exertus *G* | sicinie V Sicinio E*AG* | conparcitur V comparetur E*AG* || 15 sergia V Sergio E*AG* | peractis E*AG* || 16 truciros V Treueros E*AG* || 17 uulcatio Rufino V V. Ruffino *G* | absoluti V absoluto E*AG* | administrarat V *def. Opitz Bickel reiec. Bae.* administrat *Her.* administrabat *Ehrismann* || 19 dantudine ♂ V | orbis V orbi E*AG* || 20 matrimonia V patrimonia *G* || 21 gemina V *def. Sey.* genuina *Val.* || 22 poetae fingunt *tr.* E*AG* | furtuna ♂V | praepetibus pennis uehens *tr.* E*AG* | beneficium VE*A* beneficum E*m2G* || 23 sublimius] altius E*G* || 24 cruentis V cruentas E*AG* | potens *Meyer Spir. def. Günther* (*uel* multum potuit) || 25 interpellando *G* || 27 decotur nostri retragi quoet V de coturno tragici quo et E*A* de cothurno strepere Tragico, et *G*

omni humilior socco. atque ut natantium genus elemento suo expul- 3
sum haud ita diu spirat in terris, ita ille marcebat absque praefec-
turis, quas iurgiis familiarum ingentium capessere cogebatur num-
quam innocentium per cupiditates immensas, utque multa perpetra-
5 rent impune, dominum suum mergentium in rem publicam. namque 4
fatendum est: numquam ille magnanimitate coalitus clienti uel seruo
agere quidquam iussit illicitum, sed si eorum quemquam crimen ullum
compererat admisisse, uel ipsa repugnante Iustitia non explorato
negotio sine respectu boni honestique defendebat. quod uitium re-
10 prehendens iam pronuntiat Cicero: „Quid enim interest inter suaso-
rem facti et probatorem? aut quid refert, utrum uoluerim fieri an
gaudeam factum?" suspiciosus tamen et minutus suopte ingenio fuit / 5
et subamarum arridens blandiensque interdum, ut noceat. id autem 6
perspicuum est in eiusmodi moribus malum, tum maxime, cum celari
15 posse existimatur, ita implacabilis et directus, ut, si laedere quem-
quam instituisset, nec exorari posset nec ad ignoscendum erroribus
inclinari ideoque aures eius non cera, sed plumbo uidebantur obstruc-
tae. in summis diuitiarum et dignitatum culminibus anxius et solli- 7
citus ideoque semper leuibus morbis afflictus. hae per occidentales
20 plagas series rerum fuere gestarum.

Rex uero Persidis, longaeuus ille Sapor et ab ipsis imperitandi exor- 12
diis dulcedini rapinarum addictus post imperatoris Iuliani excessum /
et pudendae pacis foedera icta cum suis paulisper nobis uisus amicus /
calcata fide sub Iouiano pactorum iniectabat Armeniae manum, ut
25 eam uelut placitorum abolita firmitate dicioni iungeret suae. et primo 2
per artes fallendo diuersas nationem hominum potentem dispendiis
leuibus afflictabat sollicitans quosdam optimatum et satrapas, alios

2 haut itam **V** haud ita **E***AG* h. tam *Hadr. Val.* (N) | praefecturos **V** praefecturis **E***AG* || 3 iurgi **V** ob iurgia **E***m2AG* iurgiis *Hadr. Val.* iugi *Her.* | ingentium **V** *restituimus* licentia *Her.* (*cf. 21, 5, 3*) || 5 mergentiam **V** mergentia **E***A* mergentium *G* || 6 illa **V** ille *Günther prob. Pet.* | cliente **V** clienti *G* || 7 Nullum **V** ullum **E***AG* || 9 honesto quae **V** honestique **E***m2AG* || 10 tam **V** ita **E***AG* iam *Pet.* | suam horem **V** suasorem **E***AG* || 11 uirum **V** utrum **E***AG* || 12 munitus **V** minutus *G* || 13 id autem *add.* **V***m2 sup. lin.* || 14 perospicuum ♂**V** | tuum **V** ut tum **E** et tum *A* tum *G* || 15 inplicabilis **V** implacabilis **E***AG* | direptus *A* diruptus *G* || 16 Nen *ante* ad ♂ **V** || 17 neeras et pluribus **V** ceris ut p. **E***A* erant sed p. *G* cera sed plumbis *Lind.* plumbo *Nov. Her.* || 19 atfluctus **V** afflictus **E***AG* | orientales ♂ **V** || 20 rerum series *tr.* **E***AG* || 22 dulcedine **VE** dulcedini *AG* || 23 icta foedera *tr.* **E***AG* || 24 galeati **VE** calcata *AG* | iouano **V** Iouiano **E***AG* | armentae **V** Armeniae **E***AG* || 26 hominum tentem **V** h. (*lac. 3 litt.*) **E** h. (*lac. 5 litt.*) *A* omnem renitentem *G* hominum potentum *Pet. reiec. Hagend.* potentem *Her.* ingentem *dubit. Cl. in corr.* | dispendis **V** dispendiis **E***AG* || 27 sollicitus **V** sollicitans *G*

3 excursibus occupans improuisis. dein per exquisitas periuriisque mixtas illecebras captum regem ipsum Arsacen adhibitumque in conuiuium iussit ad latentem trahi posticam eumque effossis oculis uinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis uanum suppliciorum aestimatur esse solacium, exterminauit ad castellum Agabana nomine, / 5
4 ubi discruciatus ceciderat ferro poenali. deinde ne quid intemeratum perfidia praeteriret, Sauromace pulso, quem auctoritas Romana praefecit Hiberiae, Aspacurae cuidam potestatem eiusdem detulit gentis /
5 diademate addito, ut arbitrio se monstraret insultare nostrorum. quibus ita studio nefando perfectis Cylaci spadoni et Arrabanni, quos 10 olim susceperat perfugas, commisit Armeniam — horum alter ante gentis praefectus, magister alter fuisse dicebatur armorum — isdemque mandarat, ut Artogerassam intentiore cura excinderent, oppidum muris et uiribus ualidum, quod thesauros et uxorem cum filio
6 tuebatur Arsacis. iniere, ut statutum est, obsidium duces. et quoniam 15 munimentum positum in asperitate montana rigente tunc caelo niuibus et pruinis adiri non poterat, eunuchus Cylaces aptusque ad muliebria palpamenta Arrabanne ascito prope moenia ipsa fide non amittendae salutis accepta propere uenit et cum socio ad interiora susceptus, ut postulauit, suadebat minaciter defensoribus et reginae / 20 motum Saporis inclementissimi omnium lenire deditione ueloci. /
7 multis post haec ultro citroque dictitatis heiulanteque muliere truces mariti fortunas proditionis acerrimi compulsores in misericordiam flexi mutauere consilium et spe potiorum erecti secretis colloquiis ordinarunt hora praestituta nocturna reclusis subito portis ualidam 25 manum erumpere uallumque hostile caedibus aggredi repentinis, ut
8 lateant id temptantes polliciti se prouisuros. quibus religione firmatis

3 porticam eunique effosis V posticam eumque effossis E *A G* || 5 aestimatus V extimatur E aestimatur *A G* | solatium ♂ V || 6 deciderat VE *def. Pet.* ceciderat *A* cecidit *G* || 7 praeterque et sauromace V praeteriret, Esauromate E *A* p., Sauromace *G* || 8 aspa curae (*quasi* uirae) V aspauire E Aspauiri *A* Aspacurae *G* | eiusdem] huiusmodi E *G* hiusmodi *A* || 9 adito V addito E *A G* || 10 arabanni VE Artabanni E*m2 A G* || 11 susciperit perfusas V susceperit p. E *A* susceperat perfugas *G* || 12 alter *ante* magister *add. Val., post* m. *Val. in adn.* (N*m2*) *Btl.* | arniorum V armeniorum E *A* armorum *G* | idemque V isdemque E iisdemque *AG* || 13 arctogerassam V | intensiore *AG* | curae V cura E*A G* || 15 Arsacis tuebatur *tr.* E *A G* || 16 posttuminas feritate V post minas f. E *A* positum in asperitate *G* || 17 adire V aditi E adiri *A G* || 18 arabannes VE Artabannes *A* Artabanne *G* | deinde V fide *G* || 18. 19 admittendae saluti V amittendae salutis *G* || 20 minacem *G* | regnae V reginae E *A G* || 23 maritimi V mariti E *A G* | proditiores V proditores E *A* proditionis *G* || 27 solliciti V sollicite E *A* polliciti *G* | produros V prodituros E *A G* prouisuros *Haupt* prospecturos *Nov.*

egressi biduumque ad deliberandum, quid capessere debeant, sibi
concedi clausos petisse asseuerantes in desidiam obsessores traduxe-
runt et uigiliis, quibus ob securitatem altiore stertitur somno, ciuitatis
aditu reserato iuuentus exsiluit uelox passibusque insonis expeditis
5 mucronibus repens, cum castra nihil metuentium inuasissent, iacen-
tes multos nullis resistentibus trucidarunt. haec inopina defectio ne- 9
cesque insperatae Persarum inter nos et Saporem discordiarum exci-
tauere causas immanes illo etiam accedente, quod Arsacis filium Pa-
pam suadente matre cum paucis e munimento digressum susceptum-
10 que imperator Valens apud Neocaesaream morari praecepit, urbem
Polemoniaci Ponti notissimam, liberali uictu curandum et cultu. qua
humanitate Cylaces et Arrabannes illecti missis oratoribus ad Valen-
tem auxilium eundemque Papam sibi regem tribui poposcerunt.

Sed pro tempore adiumentis negatis per Terentium ducem Papa 10
15 reducitur in Armeniam recturus interim sine ullis insignibus gentem, /
quod ratione iusta est obseruatum, ne fracti foederis nos argueremur
et pacis. hoc comperto textu gestorum Sapor ultra hominem effera- 11
tus concitis maioribus copiis Armenios aperta praedatione uastabat. /
cuius aduentu territus Papa itidemque Cylaces et Arrabannes nulla
20 circumspectantes auxilia celsorum montium petiuere secessus limites
nostros disterminantes et Lazicam, ubi per siluarum profunda et
flexuosos colles mensibus quinque delitescentes regis multiformes
lusere conatus. qui operam teri frustra contemplans sidere flagrante 12
brumali pomiferis exustis arboribus castellisque munitis et castris, /
25 quae ceperat superata uel prodita, cum omni pondere multitudinis

1 isibi V id sibi E *A* sibi *G* ‖ 2 clausus V clarius E *A* clausos *G* ‖ 3 altiores tertius somno V altior externus somnus E a. heternus s. E*m2* aeternus s. *A* altiore stertitur somno *G* ‖ 4 passisque V passimque E *A* passibusque *G* | insonis] in somnis resolutos E *A* ‖ 5 repenseum V repens cum E *A* repentes, cum *G* ‖ 6 esistentibus V resistentibus E *A G* ‖ 8 accidente V accedente E *A G* | param V Papam *Cl.* ‖ 9 monumento V munimento *G* ‖ 10 neo apud cesaream V *def. Blomgren reiec. Miller* apud Neocaesaream E *A G* *Walter* | praecipitur V praecepit *G* ‖ 11 polemoniaco VE Polemoniaci *A G* | uictum V uictu E *A G* ‖ 12 Artabannes E *A G* | inlectissimis VE illecti, missis *A G* | a Valente E *A G* ‖ 13 param V Papam *Cl.* | regem sibi *tr.* E *A G* ‖ 14 Para E *A G* ‖ 15 deducitur V reducitur E *A G* ‖ 17 haec ♂ V | testu gestarum V textu gestorum E *A G* | sapar V *corr. m3* | etferatus V efferatus E *A G* ‖ 18 concitus E *A G* | corus V curis E *A G* copiis *Val.* (W*m2*) | armenios VE *restit. Hartke* (*cf. 31, 2, 21*) Armenias *A G* ‖ 19 Para E *A G* | Artabannes E *A G* ‖ 20 cessus V secessus E *A G* recessus *Hadr. Val.* (W) ‖ 21 desterminantes V disterminantes E *A G* | prae VE per E*m2* *A G* ‖ 21.22 flexuos V et flexuosos E *A G* ‖ 22 deletis centes V delitescentes E*m2* *A G* ‖ 23 sidera VE sydere E*m2* *A G* ‖ 24 munitus V munitis E *A G* ‖ 25 uel prodita *add. G* | omnia V omni E *A G*

Artogerassam circumsaeptam et post uarios certaminum casus laxatis defensoribus patefactam incendit; Arsacis uxorem erutam inde cum thesauris abduxit.

13 Quas ob causas ad eas regiones Arintheus cum exercitu mittitur comes suppetias laturus Armeniis, si eos exagitare procinctu gemino 5 temptauerint Persae.

14 Inter quae Sapor, immensum quantum astutus et, cum sibi conduceret, humilis aut elatus, societatis futurae specie Papam ut incuriosum sui per latentes nuntios increpabat, quod maiestatis regiae uelamento Cylaci seruiret et Arrabanni, quos ille praeceps blanditia- 10 rum illecebris interfecit capitaque caesorum ad Saporem ut ei morigerus misit.

15 Hac clade late diffusa Armenia omnis perisset impropugnata, ni Arinthei aduentu territi Persae eam incursare denuo distulissent hoc solo contenti, quod ad imperatorem misere legatos petentes nationem 15
16 eandem, ut sibi et Iouiano placuerat, non defendi. quibus repudiatis Sauromaces pulsus, ut ante diximus, Hiberiae regno cum duodecim legionibus et Terentio remittitur et eum amni Cyro iam proximum / Aspacures orauit, ut socia potestate consobrini regnarent, causatus ideo se nec cedere nec ad partes posse transire Romanas, quod Vltra 20 eius filius obsidis lege tenebatur adhuc apud Persas.

17 Quae imperator doctus, ut concitandas ex hoc quoque negotio turbas consilio prudenti molliret, diuisioni acquieuit Hiberiae, ut eam medius dirimeret Cyrus et Sauromaces Armeniis finitima retineret et Lazis, Aspacures Albaniae Persisque contigua. 25

18 His percitus Sapor pati se exclamans indigna, quod contra foederum textum iuuarentur Armenii et euanuit legatio, quam super hoc miserat

1 laxatis V *def. Meurig-D.* lassatis *G* || 5 armenius V Armeniis E *A G* || 6 temptauerunt V tentauerint E *A G* || 8 aut clarus V *G* et elatus E *A* | ficturae V E futurae *A G* | Param E *A G* || 9 inepabat V palpabat E increpabat E*m2 A G* || 10 gylaces V Cylace E Cylaci *A G* | arrabani V Artabanni E *A G* || 11 caesarum V *corr. m3* || 13 Haclade V Hac clade E *A G* || 13.14 inpropugna tariarinthei V ni propugnatoris Arinthei E *A G* inpropugnata, ni Arinthaei *Val.* || 14 incusare V incursare E *A G* || 15 imperatore V imperatorem E *A G* | natione ob V nationem ob E *A* nationem *G* || 16 sibi V E sub E*m2 A* sibi et *G* || 19 Arpacures E Aspacuras *G* || 20 si V E se *A G* | posset V E posse *A G* | Vltus *G* || 22 doctus V edoctus *Cl. c. c.* || 23 prudentia V *def. Blomgren* prudentiaque E *A G* prudenti *Eyss. C. F. W. M.* | molliret V *C. F. W. M.* admolliret *Eyss.* amoliret *Momms.* | atqueuit V adquieuit E *A G* || 26 patis V pacis E *A* pactis *G* pati se *Val.* (N) | con V contra E *A G* || 27 armeniict V Armeniae, et E *A G* Armenii et *Gdt.* | euanuerit *A G*

corrigendo quodque se non assentiente nec conscio diuidi placuit Hiberiae regnum, uelut obseratis amicitiae foribus uicinarum gentium auxilia conquirebat suumque parabat exercitum, ut reserata caeli temperie subuerteret omnia, quae ex re sua struxere Romani.

1 corriendo V corrigendo E *A G* | sed V se E *A G* || 2 toribus V foribus E *A G* || 3 serata VE serenata E*m2 A G* reserata *Haupt* (H) || 4 AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLICIT LIBER XXVII· INCIPIT LIBER XXVIII· FELICITER· V AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XXVII· INCIPIT· LIBER· XXVIII· E

LIBER XXVIII

1. Multi, etiam senatores ac senatorii generis feminae, Romae ueneficiorum, stuprorum et adulteriorum accusantur et supplicio afficiuntur.
2. Valentinianus Augustus totam Rheni ripam Gallicam castris, castellis et turribus munit. Alamanni Romanos trans Rhenum munimentum exstruentes interficiunt. Maratocupreni grassatores in Syria iussu Valentis Augusti cum liberis et uico suo deleti.
3. Theodosius urbes Britanniae a barbaris uastatas restituit, castella reparat et prouinciam insulae recipit, quae Valentia est appellata.
4. De Olybrii et Ampelii praefectura urbana et de uitiis senatus populique Romani.
5. Saxones in Gallia post factas indutias a Romanis insidiis circumuenti. Valentinianus data fide iungendi copias Burgundiones Alamanniae immisit, qui decepti ac illusi captiuis omnibus occisis domum redierunt.
6. Clades Tripoli prouinciae, Leptitanisque et Oeensibus ab Austorianis illatae et fraude Romani comitis Valentiniano occultatae et minime uindicatae.

1 Dum apud Persas, ut supra narrauimus, perfidia regis motus agitat insperatos et in eois tractibus bella rediuiua consurgunt, anno sexto decimo et eo diutius post Nepotiani exitium saeuiens per urbem aeternam urebat cuncta Bellona ex primordiis minimis ad clades excita luctuosas, quas obliterasset utinam iuge silentium, ne forte paria 5 quandoque temptentur plus exemplis generalibus nocitura quam delic-
2 tis. ac licet ab hoc textu cruento gestorum exquisite narrando iustus me retraheret metus multa reputantem et uaria, tamen praesentis temporis modestia fretus carptim, ut quaeque memoria digna sunt, explanabo, nec pigebit quid ex his, quae apud ueteres acciderunt, / 10
3 timuerim docere succincte. bello Medico primo, cum diripuissent Asiam Persae, obsidentes Miletum molibus magnis minantesque defensoribus cruciabiles neces iniecere clausis necessitatem, ut omnes

2 consurgant V consurgunt E*AG* || 3 nepotiane VE Nepotianae *A* Nepotiani *G* | seueniens V saeuiens E*AG* | u[r]bem V || 6 generabilis V generalibus E*AG* | delectis V delictis E*AG* || 7 texui V textu E*AG* | uistus V iustus E*AG* || 8 multare portantem V multa reportantem E*A* m. reputantem *G* || 10 quaeque V quae *G* quae aeque *Pet.* | acciderit V*A* acciderint E*G* acciderunt *Cl.* accidere *Her.* || 11 dirupuissent V diripuissent E*A* (*corr. in pag. 307*) *G* || 12 militum V Miletum *Lind.* (C*m2* W*m2* HT*m2*) | mobilibus ♂ V

magnitudine malorum afflicti peremptis caritatibus propriis proiectoque in ignem mobili censu arsuros se certatim congererent in communem pereuntis patriae rogum. hoc argumentum paulo postea di- 4
gestum tumore tragico Phrynichus in theatrum induxerat Athenarum/
5 paulisperque iucunde auditus, cum coturnatius stilus procederet lacrimosus, indignatione damnatus est populi arbitrati non consolandi gratia, sed probrose monendi, quae pertulerat amabilis ciuitas nullis auctorum adminiculis fulta, hos quoque dolores scaenicis adnumerasse fabulis insolenter. erat enim Atheniensium colonia Miletus deducta
10 inter Ionas alios per Nileum filium Codri, qui fertur pro patria bello se Dorico deuouisse. sed ad proposita ueniamus.

Maximinus regens quondam Romae uicariam praefecturam apud 5
Sopianas Valeriae oppidum obscurissime natus est patre tabulario praesidialis officii orto a posteritate Carporum, quos antiquis excitos
15 sedibus Diocletianus transtulit in Pannoniam. is post mediocre stu- 6
dium liberalium doctrinarum defensionemque causarum ignobilem / et administratas Corsicam itidemque Sardiniam rexit deinde Tusciam. unde morato in itinere diutius successore transgressus ad curandam urbis annonam etiam prouinciae moderamina retinebat egitque con-
20 sideratione triplici inter exordia cautius. primo, quod recalebant in 7
auribus eius parentis effata, quid augurales alites uel cantus monerent oscinum, apprime callentis, ad usque sublimia regimenta ... sed periturum ferro poenali; dein, quod nanctus hominem Sardum, quem ipse postea per dolosas fallacias interemit, ut circumtulit rumor, eliciendi
25 animulas noxias et praesagia sollicitare laruarum perquam gnarum, / dum superesset, ille timens, ne proderetur, tractabilis erat et mollior; / postremo, quod tamquam subterraneus serpens per humiliora reptando nondum maiores funerum excitare poterat causas.

Principium autem, unde latius se funditabat, emersit ex negotio tali. 8

3 regum V *corr. m3* || **4** tragi eo V tragico E *A G* | frynicus V Phrynichus *G* || **5** coturnarius E *A G* || **6** et V est *G* | consulandi V consolandi E *A G* || **9** Miletum relegatus est *post* insolenter *add.* E *A G* (Miletumque) || **10** linae V Nileum E *G* Neleum *A* || **13** sopianus V Sopianum E *A* Sopianas *G* | obscurissae V obscurassae V*m3* obscurissime E *A G* *def. Sey. c. c.* | tubulario V tabulario E*m2* (*in marg.*) *Iuretus Lind. in adn.* || **16** disciplinarum *A G* || **18** successoribus gressus V *A* s. gressis E successore progressus *G* transgressus *Pet.* || **19** moderamine V moderamina E *A G* | eritque V egitque *G* || **22** osinum V *corr. m3* | callentes VE callentis *A G* | regimenta sed V *def. Gron.* uenturum *post* regimenta *add. Iuretus Val. in adn.* (*aut quid simile*) *def. Wagn. lac. indic. Eyss.* erigendum *add. Pet.* semet euehendum *Her.* scansurum *Nov.* aditurum *Brakman* || **23** ferre poenalia VE ferro poenali *A G* | qui VE quem *A G* || **25** larbarum V laruarum E *A G*

Chilo ex uicario et coniux eius Maxima nomine questi apud Olybrium,/ ea tempestate urbi praefectum, uitamque suam uenenis petitam asseuerantes impetrarunt, ut hi, quos suspectati sunt, ilico rapti compingerentur in uincula, organarius Sericus et Asbolius palaestrita et
9 haruspex Campensis. uerum negotio tepescente ob diuturnam mor- 5 borum asperitatem, qua tenebatur Olybrius, morarum impatientes hi, qui rem detulerunt, libello petiuerunt oblato, ut examinandum iurgium praefecto mandaretur annonae, idque studio celeritatis con-
10 cessum est. accepta igitur nocendi materia Maximinus effudit genuinam ferociam pectori crudo affixam, ut saepe faciunt amphitheatrales 10 ferae diffractis tandem solutae posticis. cumque multiformiter quasi in proludiis negotium spectaretur et quidam sulcatis lateribus nominassent nobiles aliquos tamquam usos artificibus laedendi per clientes aliosque humiles, notos reos et indices, supra plantam, ut dicitur, euagatus tartareus cognitor relatione maligna docuit prin- 15 cipem non nisi suppliciis acrioribus perniciosa facinora scrutari posse
11 uel uindicari, quae Romae perpetrauere complures. his ille cognitis efferatus, ut erat uitiorum inimicus acer magisquam seuerus, uno proloquio in huiusmodi causas, quas arroganter proposito maiestatis imminutae miscebat, omnes, quos iuris prisci iustitia diuorumque ar- 20 bitria quaestionibus exemere cruentis, si postulasset negotium, statuit
12 tormentis affligi. utque congeminata potestas erectaque sublatius altiores consarcinaret aerumnas, Maximino Romae agere disposito pro praefectis sociauit ad haec cognoscenda, quae in multorum pericula struebantur, Leonem notarium, postea officiorum magistrum, bustu- 25 arium quendam latronem Pannonium efflantem ferino rictu crudelitatem, etiam ipsum nihilo minus humani sanguinis auidissimum. /
13 auxit obstinatum Maximini ingenium ad laedendum aduentus collegae similis et litterarum cum ampla dignitate dulcedo. ideoque pedes huc et illuc exsultando contorquens saltare, non incedere uidebatur, / 30

1 quaesti V questi E*AG* || 2 sua V suam E*AG* || 3 contingerentur V compingerentur E*AG* || 4 uinculo V uincula E*AG* | Arbolius E*A* || 4.5 palestri taetarus rex V palaestritaetarius aruspex (tarius *del. m2*) E palaestrita et aruspex *AG* || 5 canpenses V Campensis E*AG* | ob V *del. Löfst.* propter E*AG* || 6 morae *G* || 7 in V hi E*AG* || 8 turgium V iurgium E*AG* || 10 amfitheatralis V || 11 diffactis V diffractis E*AG* || 12 proludus V proludiis E*AG* || 14 natos E*A* notans *G* | indicies V indices E*G* iudices *A* || 15 diceturV dicitur E*AG* || 16 pernitiosa V | perniciosa facinora *om.* E*G* | scutari V scrutari E*AG* || 17 cognitus V cognitis E*AG* || 18 uiciorum V | acer uitiorum inimicus *tr.* E*AG* || 19 causis *Her.* | adrogant V arroganti *G* arroganter *Val. in adn.* || 24 hos V haec E*AG* | pecula V pericula E*AG* || 28 obstinuatum V obstinatum E*AG* | ingentum V ingenium E*AG* || 30 incidere V incedere E*AG*

dum studebat inter altaria celsius gradientes, ut quidam memorant,
imitari Brachmanas.
Iamque lituis cladum concrepantibus internarum rerum atrocitate 14
torpentibus cunctis praeter multa cruda et immitia, quorum nec
5 diuersitas comprehendi nec numerus potest, mors Marini causarum
defensoris eminuit. quem ut ausum Hispanillae cuiusdam artibus
prauis affectasse coniugium transeunter indiciorum fide discussa /
supplicio letali damnauit. et quoniam existimo forsitan aliquos haec 15
lecturos exquisite scrutando notare strepentes id actum esse prius,
10 non illud aut ea, quae uiderint, praetermissa, hactenus faciendum
est satis, quod non omnia narratu sunt digna, quae per squalidas
transiere personas, nec, si fieri fuisset necesse, instructiones uel ex
ipsis tabulariis suppeterent publicis tot calentibus malis et nouo
furore sine retinaculis imis summa miscente, cum iustitium esse, quod
15 timebatur, non iudicium aperte constaret.
Tunc Cethegus senator adulterii reus delatus ceruice perit abscisa / 16
et Alypius nobilis adolescens ob leuem relegatus errorem aliique hu-
miles publica morte oppetiuerunt; in quorum miseriis uelut sui quisque
discriminis cernens imaginem tortorem et uincula somniabat et
20 diuersoria tenebrarum.
Eodem tempore etiam Hymetii praeclarae indolis uiri negotium 17
est actitatum, cuius hunc fuisse nouimus textum. cum Africam pro
consule regeret, Carthaginiensibus uictus inopia iam lassatis ex horreis
Romano populo destinatis frumentum dedit pauloque postea, cum
25 prouenisset segetum copia, integre sine ulla restituit mora. uerum 18
quoniam denis modiis singulis solidis indigentibus uenumdatis emerat
ipse tricenos, interpretii compendium ad principis aerarium misit. /
ideoque Valentinianus per nundinationem suspicatus parum, quam

1 celsiuis V celsius E*A G* || **2** braemanas V brammanas E bracmanas *A G* || **3** litius ♂ V | cladium E*A G* || **5** numeris V n͠us E numerus *A G* || **8** quam V quanquam E*A* quoniam *G* | alios quos VE aliquos *A G* || **10** audea V aut ea E*A G* || **11** arrata V narrata E narratu *A G* || **13** publis V publicis E*A G* || **14** ferore V furore E*A G* | retinaculim missum mamiscente V retinaculis summa miscente E*G* r. imis s. m. *A* || **16** periit *A G* || **19** imaginem cernens *tr.* *A G* | torrorem V tortorem E*A G* || **20** deuersaria V deuersoria E diuersoria *A G* || **22** fuisse nouimus VE *def. Harmon. c. c.* n. esse *A G* | te[x]tum V || **23** cartha nigiensibus V carthaginensibus E Carthaginiensibus *A G* | et VE ex *A G* || **24** dedit V *restituimus* uenumdedit *Her. Cl. c. c.* || **25** inopia V copia *G* || restuit V restituit E*A G* || **26** quam V quia E*A* quoniam *G* | dedis V dedisset E*A* denis *G* | modios E*A* || **27** interpraetu V interpretii E *Lind.* interpretum *A* integrum *G* | aerrarium V

19 oportuerat, missum eum bonorum parte multauit. ad cuius cladem
exaggerandam id quoque isdem diebus acciderat non minus exitiale.
Amantius haruspex, ea tempestate prae ceteris notus, occultiore in-
dicio proditus, quod ob praua quaedam implenda ad sacrificandum
ab eodem esset ascitus Hymetio, inductusque in iudicium, quam- 5
20 quam incuruus sub eculeo staret, pertinaci negabat instantia. quo
infitiante secretioribus chartis ab eius domo prolatis commonitorium
repertum est manu scriptum Hymetii petentis, ut obsecrato ritu sa-
crorum sollemnium numine erga se imperatores delenirentur. cuius
extima parte quaedam inuectiua legebantur in principem ut auarum 10
21 et truculentum. haec Valentinianus relatione iudicum doctus asperius
interpretantium facta uigore nimio in negotium iussit inquiri. et quia
Frontinus, consiliarius ante dicti, minister fuisse conceptae precatio-
nis arguebatur, concisus uirgis atque confessus ablegatus est in ex-
silium ad Britannos, Amantius uero damnatus postea rerum capita- 15
22 lium interiit. post hanc gestorum seriem Hymetius ad oppidum ductus
Ocriculum audiendus ab Ampelio urbi praefecto et Maximino uicario /
confestimque perdendus, ut apparebat, data sibi copia tectius im-
peratoris praesidium appellauit nominisque eius perfugio tectus ser-
23 uabatur incolumis. super hoc princeps consultus senatu negotium 20
dedit. qui cum rem librata iustitia comperisset eumque ad Boas, Del-
matiae locum, exterminasset, aegre imperatoris iracundiam tulit /
perciti uehementer, quod hominem addictum, ut ipse proposuerat,
morti clementiori sententia didicerat plexum.

24 Ob haec et huiusmodi multa, quae cernebantur paucis, omnibus 25
timeri sunt coepta. et ne tot malis dissimulatis paulatimque serpenti-
bus acerui crescerent aerumnarum, nobilitatis decreto legati mit-

1 cum **V** eum **E***AG* | parente **V** parte **E***AG* || 2 minui **V** minus **E***AG* || 3 occultiores **V** occultiore **E***AG* || 4 implendam **V** implenda **E***AG* || 5 indoctusque **V** inductusque **E***m2AG* || 7 inficiante **V** | cartis **V** || 8 manum **V** manu **E***AG* | hymetu potentis **V** Hymetii petentis **E***AG* | obsecratoribus agrorum **VE** obsecratores sacrorum *A* obsecrata ritu s. *G* obsecrato *Her.* || 9 numina **V** numine *Her.* | imperatoris delinirent **V***A* i. deliniret **E***G* imperatores delenirentur *Cl.* (**N***m2*) imperatoris deleniret furorem *Her.* || 10 existima partem — legebantur *add.* **V***m2 in marg.* | ex extima **E***A* extima *G* | parte **E***AG* | legebatur *AG* | atauarum **V** auarum **E***AG* || 11 cruculentum **V** truculentum **E***AG* | indicum *AG* || 12 uigore **V***A def. Löfst.* rigore **E***G* | nemo **V***A* nimio **E***G* || 13 consutarius **V** consiliarius *Lind.* || 15 brittanos **V** britannos **E***AG* | ero ♂ **V** || 17 ab] ad *G* || 18 rectius *AG* erectius *C.F.W.M.* || 20 incolomis **V** | senatui **E***AG* || 21 cumque **V** eumque **E***AG* | delmatae **V** Dalmatiae **E***AG* || 23 peccciti **V** peccati **E** perciti *AG* || 24 sententiae didocerat **V** sententia didicerat **E***AG* edidicerat *Pet.* || 25 in *ante* paucis *add.* *G* | nominibus **V** omnibus *G* || 26 paulatisque **V** paulatimque **E***AG* | sepentibus ♂ **V**

tuntur: Praetextatus ex urbi praefecto et ex uicario Venustus et ex
consulari Mineruius oraturi, ne delictis supplicia sint grandiora neue
senator quisquam inusitate et illicito more tormentis exponeretur. /
qui cum intromissi in consistorium haec referrent, negantem Valenti- 25
5 nianum se id statuisse et calumnias perpeti clamitantem moderate
redarguit quaestor Eupraxius hacque libertate emendatum est crudele
praeceptum supergressum omnia diritatis exempla.

Circa hos dies Lollianus, primae lanuginis adolescens, Lampadi 26
filius ex praefecto, exploratius causam Maximino spectante conuictus
10 codicem noxiarum artium nondum per aetatem firmato consilio de-
scripsisse exsulque mittendus, ut sperabatur, patris impulsu pro-
uocauit ad principem et iussus ad eius comitatum duci de fumo, ut
aiunt, in flammam traditus Sphalangio, Baeticae consulari, cecidit
funesti carnificis manu.

15 Super his etiam Tarracius Bassus, postea urbi praefectus, et frater 27
eius Camenius et Marcianus quidam et Eusafius, omnes clarissimi, /
arcessiti in crimen, quod eiusdem conscii ueneficiis aurigam fouere
dicebantur Auchenium, documentis etiamtum ambiguis suffragante
absoluti sunt Victorino, ut dispersus prodidit rumor, qui erat amicus
20 Maximino iunctissimus.

Nec minus feminae quoque calamitatum participes fuere similium. / 28
nam ex hoc quoque sexu peremptae sunt originis altae complures, /
adulteriorum flagitiis obnoxiae uel stuprorum. inter quas notiores
fuere Claritas et Flauiana, quarum altera, cum duceretur ad mortem, /
25 indumento, quo uestita erat, abrepto ne uelamen quidem secreto
membrorum sufficiens retinere permissa est. ideoque carnifex nefas
admisisse conuictus immane uiuus exustus est.

Paphius quin etiam et Cornelius senatores ambo uenenorum artibus 29

2 dilectis **V** dilectus **E** delictis **E***m3* (*in marg.*) *AG* | neue] ne **E***G* || **3** inusitate **V** *def. Bae. Blomgren* inusitato *Hadr. Val.* || **4** intra missi **V** intromissi **E***AG* | referret **V** referrent **E***AG* || **6** sedarguit **V** redarguit *G* || **7** receptum **V** coeptum **E***AG* praeceptum *Val.* || **8** ci*ca ♂ **V** || **10** aetate **V** aetatem **E***AG* | firmatum **V** firmato *G* | discripsisse **VE** descripsisse *AG* || **11** superabantur **V** sperabatur **E***AG* | partis **V** patris *G* || **12** duci **V** *def. Bickel Blomgren* adduci *Cl. c. c.* || **13** flalangi obeticae **V** Flalangio Beticae **E***A* Phalangio B. *G* || **14** finestae **V** funesta **E***AG* funesti *Hadr. Val.* (**W**) || **15** Taratius *G* | urbe **V** urbi **E***AG* || **17** consciis **V** conscii **E***AG* | ueneficiis **V** *restit. Her.* ueneficii **E***AG* || **18** dicebatur **V** dicebantur **E***AG* || **22** origines **V** originis **E***G* uirgines *A* | aliae **V** altae *G* || **23** quos nouo res **V** quas nouiores **E** q. notiores *AG* || **24** Charitas *uel* Caritas *dubit. Cl. in app.* | fluuiana **V** Flauiana *G* Fuluiana *Her.* | doceretur **V** duceretur **E***AG* || **28** cornilius **V** Cornelius **E***AG*

prauis se polluisse confessi eodem pronuntiante Maximino sunt interfecti. pari sorte etiam procurator monetae exstinctus est. Sericum enim et Asbolium supra dictos, quoniam, cum hortaretur passim nominare, quos uellent, adiecta religione firmarat nullum igni uel ferro se puniri iussurum, plumbi ualidis ictibus interemit. et post hoc flam- 5 mis Campensem haruspicem dedit in negotio eius nullo sacramento constrictus.

30 Opportunum est, ut arbitror, explanare nunc causam, quae ad exitium praecipitem Aginatium impulit, iam inde a priscis maioribus nobilem, ut locuta est pertinacior fama; nec enim super hoc ulla 10 **31** documentorum rata est fides. anhelans flatu superbo Maximinus etiamtum praefectus annonae nanctusque audaciae incitamenta non leuia tendebat ad usque Probi contemptum, uiri summatum omnium **32** maximi iureque praefecturae praetorianae regentis prouincias. quod Aginatius indignissime ferens dolensque in examinandis causis Maxi- 15 minum ab Olybrio sibi praelatum, cum esset ipse uicarius Romae, / familiari sermone docuit Probum occulte facile uanum hominem recalcitrantem sublimibus meritis posse opprimi, si ille id fieri cen- **33** suisset. has litteras, ut quidam asseuerabant, Probus ad Maximinum eruditiorem iam in sceleribus commendatumque principi pertimescens/ 20 nullo conscio praeter baiulum misit. hisque recitatis ita homo ferus exarsit, ut machinas omnes in Aginatium deinde commoueret, uelut **34** serpens uulnere ignoti cuiusdam attritus. accessit his alia potior insidiarum materia, quae eundem Aginatium obruit. Victorinum enim defunctum insimulabat ut Maximini actus, dum supererat, uenditan- 25 tem, cuius ex testamento legata ipse sumpserat non aspernanda, / parique petulantia Anepsiae quoque, eius uxori, lites minabatur et **35** iurgia. quae haec metuens ut Maximini muniretur auxilio, finxit maritum in uoluntate, quam condiderat nuper, argenti tria milia pon-

1 preuenisse V *om.* E*A* se *G* prauis se *Hadr. Val.* peruersis se *Pet.* | conuicti *G* | pronuntiantem eximino V pronuntiante Maximino E*AG* || **3** quam V *om.* E*A* quoniam *G* || **4** adie uta V adiecit et E*A* adiecta *G* || **5** haec E*AG* || **10** pertinatior V || **10. 11** illa documentarum VE i. documentorum E*m2A* ulla d. *G* || **11** hanellans V Anhelans *G* | flato VE flatu *AG* || **12** adacie incimenta V audaciae incitamenta E*AG* || **13** proui VE*m2* Probi E*m3* (*in marg.*) *AG* || **14** praefectura V praefecturae E*AG* || **16** ad V ab E*AG* | precatum V praelatum E*AG* || **18** recalcitantem V recalcitrantem E*AG* | opprimis V opprimi si E*AG* || **21** rechatis V rebus actis E recitatis E*m2AG* || **22** im V || **23** noti V rotae *Kießl. def. Bickel* (*uel* cotis) molis *Corn.* ignoti *Her.* || **25** supereat ♂ V | denditantem *ex* denditandem (*m2*) V uenditantem E*AG* || **27** anersiae V Anepsiae *G* || **28** maxuminet V Maximini etiam E*AG* Maximini *Pet. Nov.* | emuniretur *Pet.* | tinxit V finxit E*AG* || **29** agenti VE argenti E*m2AG*

do eidem reliquisse. qui auiditate nimia flagrans – nec enim hoc quoque uitio caruit – petit hereditatis medietatem. uerum etiam hoc ut parum sufficienti nequaquam contentus aliud commentus est, ut arbitrabatur, honestum et tutum et, ne amitteret amplam sibi
5 oblatam lucrandi uberis patrimonii, Victorini priuignam, Anepsiae filiam, petit filio coniugem idque assentiente muliere prompte firmatum est.

Per haec et alia simili maerore deflenda, quae decolorabant speciem 36 urbis aeternae, grassabatur per strages multiplices fortunarum homo
10 cum gemitu nominandus ultra forenses terminos semet extentans. / namque et resticulam de fenestra praetorii quadam remota dicitur semper habuisse suspensam, cuius summitas quadam uelut †damusam colligaret, nullis quidem indiciis fulta, sed nocitura insontibus multis; et Mucianum Barbarumque apparitores aliquotiens discretim
15 trudi iubebat ad fallendum aptissimos. hi tamquam heiulando casus, 37 quibus se simulabant oppressos, iudicis exaggerando crudelitatem / remedium nullum aliud reis ad obtinendam uitam superesse eadem replicando saepe asseuerabant, ni criminibus magnis petissent nobiles uiros, quibus ad sui societatem annexis facile eos absolui posse firma-
20 bant.

Ob quae implacabilitate ultra apposita iam pergente manus uinculis 38 sunt artatae complurium ortuque nobiles inculti uidebantur et anxii. / nec eorum culpari quisquam debuit, cum salutantes humum paene curuatis contingentibus membris persaepe clamantem audirent spiri-
25 tus ferini latronem nullum se inuito repperiri posse insontem. quae 39 uerba effectui propere iuncta terruissent profecto Numae Pompilii

1 reliquum sequi VE reliquisse. qui *AG* || 2 etiam] et *G* || 3 rarum V parum *G* | commensus V commentus E*AG* || 4 ansam *G* || 5 lucram diuberis VE lucrandi uberis E*m3* (*in marg.*) *AG* || 8 talia VE et alia *AG* et talia *C. F. W. M.* || 9 stragea multiplicis V strages multiplices E*AG* || 10 nominandis solitra V nominandus, ultra E*G* n. (*lac. 7 litt.*) u. *A* || 11 praetori V praetoris E*A* praetorii *G* || 12 eius V*A def. Češka* cuius E*G* | quaedam uelut dam usam V q. u. clamosam E q. u. clam usam *A* quandam u. tamusam *G* quaedam u. clausa *Val.* q. u. empusam *Gron. in adn.* in quandam u. tomicam *Reines.* quaedam u. damnosa *Hermann Pet.* quadam u. capsula *Wagn. in comm.* q. u. ansula *Haupt* q. u. hamula *Dederichs* u. quaedam speculatrix damnosa *Nov.* q. u. hamus *Her.* q. u. h. clam *Češka* || 13 collegaret V colligaret E*AG* colligeret *Dederichs Her. Nov.* | fultas et V fulta, sed *G* | nociturna V nocitura E*AG* || 14 Mutianum *AG* || 15 artissimos hu V arctissimos. hi E*A* aptissimos. Hi *G* || 16 exaggeranda V exaggerando *G* | crudelitate E*A* || 17 optinandam V *corr. m3* || 18 ne V ni *G* || 19 quibus quibus (*alt. del.*) V | eius V*A* eos E*G* || 21 ob*que *ex* ibique (*m2*) V ob idque E | inplauilitate V implacabilitate E *Val.* impia uilitate *AG* || 26 propera V propere E*AG* | nume pompolii V Numae Pompilii E*AG*

similes et Catonem. prorsus enim sic agebatur, ut nec in alienis malis
quorundam exarescerent lacrimae; quod in uariis et confragosis acti-
40 bus uitae plerumque contingit. a iure tamen iustitiaque crebro disce-
dens ferreus cognitor erat uno quasi praecipuo tolerabilis. interdum
enim exoratus parcebat aliquibus, quod prope uitium esse in hoc 5
loco legitur apud Tullium: „nam si implacabiles iracundiae sunt,
summa est acerbitas, sin autem exorabiles, summa leuitas, quae tamen
ut in malis acerbitati anteponenda est."

41 Post haec praegresso Leone acceptoque successore ad principis
comitatum Maximinus accitus auctusque praefectura praetoriana / 10
42 nihilo lenior fuit, etiam longius nocens ut basilisci serpentes. in id
tempus aut non multo prius scopae florere sunt uisae, quibus no-
bilitatis curia mundabatur, idque portendebat extollendos quosdam
despicatissimae sortis ad gradus potestatum excelsos.

43 Et quamlibet tempestiuum est ad ordinem redire coeptorum, tamen 15
nihil impedituri temporum cursus immorabimur paucis, quae per
iniquitatem curantium uicariam praefecturam in urbe contra, quam
oportuerat, gesta sunt, quia ad nutum Maximini et uoluntatem isdem
44 ministris uelut apparitoribus gerebantur. post hunc uenit Vrsicinus
ad mitiora propensior, qui, quoniam cautus esse uoluit et ciuilis, / 20
rettulerat Esaiam cum aliis ob commissum adulterium in Rufinam
detentis Marcellum maritum eius ex agente in rebus reum imminutae
maiestatis deferre conari; ideoque ut cunctator contemptus et ad
haec fortiter exsequenda parum conueniens, quae efficere ... abrogata
45 potestate discessit. huic successit Emonensis Simplicius, Maximini 25
consiliarius ex grammatico, post administratam prouinciam nec

1 similis V similem E similes *AG* | Catonem V *def. Blomgren* Catonum *Val. in adn.* Catonis *Nov.* || **2** quorumdam V | exharescerent V || **3** iura V iure E*m2AG* | discidens V discedens E*AG* || **4** tollerabiles V || **6** sunt placabilis V s. placabiles E si implacabiles *AG* || **7** summae siaceruitas VE (-bi-) summa est acerbitas *AG* | exorabilis VE exorabiles *AG* || **10** auctusque] que E actusque *G* || **11** longitus VE *def. dubit. C.F.W.M.* longius *AG* | baliscis terpentit V basiliscus serpens E basilisci serpentes *AG* || **13** extollendo VE extollendos *AG* || **15** qualibet V quamlibet E*AG* | od V ad E*AG* || **16** inmorauimus V immorabimur *G* memorabimus *Val. in adn.* || **17** curatium V curantium E*AG* || **18** quia] quae *G* | ad *ex* id (?) V | hisdem E iisdem *AG* eiusdem *Damsté* || **19** aparitoribus V | uenitur sicionus V uenit Vrsicinus E*AG* || **20** quam V quoniam *G* || **22** inmunitae V imminutae E*AG* || **23** conatis V*AG* conatus E conari *Momms.* conatos *Günther* || **24.25** que efficere testate V è uicariae potestate *G* quae efficeret exacte *Pet.* q. efficere (*lac.*) abrogata potestate *Her.* q.e. restaret *Bickel* || **26** post administratam V p. a. prouinciam *Lind. in adn.* p. a. praefecturam *Löfst. Nov.* *lac. indic. Momms.* post administrationem adeptam *Günther* (per adm. *Meyer Spir.*)

erectus nec tumidus, sed obliquo aspectu terribilis, qui compositis ad
modestiam uerbis acerba meditabatur in multos. et primo Rufinam
cum uniuersis auctoribus adulterii commissi uel consciis interfecit, /
super quibus Vrsicinum rettulisse praediximus, alios deinde complures
5 nullo noxiorum discrimine uel insontium. in cruento enim certamine 46
cum Maximino uelut antepilano suo contendens superare eum in
succidendis familiarum nobilium neruis studebat Busirim ueterem et
Antaeum imitatus et Phalarim, ut taurus ei solus deesse uideretur
Agrigentinus.

10 His in hunc modum ac talibus actitatis Hesychia quaedam ma- 47
trona ob intentatum crimen in domo apparitoris, cui custodienda est
tradita, multa pertimescens et saeua fulcro plumeo uultu contracto
incubuit et animam occluso narium spiramento effudit.

Adiunctum est his aliud haud mitius malum. Eumenius enim et 48
15 Abienus, ambo ex coetu amplissimo, infamati sub Maximino in
Fausianam, feminam non obscuram, post Victorini obitum, quo
iuuante uixere securius, Simplicii aduentu perterrefacti non secus
uolentis magna cum minis ad secreta receptacula se contulerunt. sed 49
Fausiana damnata inter reos recepti uocatique edictis semet abs-
20 trusius amendarunt; quorum Abienus apud Anepsiam diu delitesce-
bat. sed ut solent insperati casus aggrauare miserabiles clades, Sapau-
dulus nomine seruus Anepsiae uerberatae coniugis dolore perculsus /
negotium ad Simplicium detulit nocte progressus missique apparitores
indicatos e latebris abstraxerunt. et Abienus quidem exaggerato cri- 50
25 mine stupri, quod intulisse dicebatur Anepsiae, morte multatus est. /
mulier uero ut continendae uitae spem firmam dilato posset habere

1 tum idus (i *ex* u) **V** timidus *A* *Wagn. in comm. reiec. Hagend.* || 3 conscii **V** consciis *G* || 4 utsicinum **VE** Vrsicinum *AG* | alicis **V** als̃ **E** alias *AG* alios *Val.* (**W***m2*) || 5 insonitium **V** insontium **E***AG* | merciento **V** mercento **E** Marcente *A* in cruento *G* cruento *Nov.* || 6 eum] cum **V** eum **E***AG* || 7 succi uendis **V** succidendis **E***AG* || 8 ante umemitatis **V** arte humanitatis **E** Antaeum imitatus *AG* | uitae rusei **V** u. truci **E***A* ut taurus *G* ut t. ei *Val.* | decesse **V** desse **E***m2* *AG* || 9 agri centinus **V** agrigentinis **E***A* Agrigentinus *G* || 10 aetatis **V** exactis **E***AG* actitatis *Hadr. Val.* actis *Cl.* | hesycta **V** Hesychia *G* || 12 fulctro **V** || 13 incubut **V** incubuit **E***AG* || 14 eum **V** enim **E***AG* || 15 sum **V** sunt **E***A* sub *G* || 17 uixeres **VE** uixere *AG* | praeter refacta **VE** praeterire facta *A* perterrefacti *G* || 18 uolentes **V** uolentis *G Momms.* uoluentes *Corn.* uoluentis *Her.* uiolenti, sed *Pet.* | magni *Pet.* maligna *Her.* | cum nimis **V** c. minis *G* in animis *Corn.* culminis *Momms.* acuminis *Pet.* || 20 amandarunt *AG* || 21 miserabilis **V** miserabiles **E***AG* | apaudulus **V** Sapaudulus *Cl. Her.* || 22 perclusus **V** perculsus **E***AG* || 23 idetulit **V** detulit **E***AG* | progressum **V***A* progressus **E***G* || 24.25 crimines turri **V** crimine stupri **E***AG* || 26 dilecto possit **V** dilato posset *G*

supplicio, appetitam se nefariis artibus uim in domo Aginati per-
51 pessam asseuerauit. haec, ut gesta sunt, malignius ad principem Sim-
plicius rettulit agensque ibi Maximinus infestus ob causam, quam
supra docuimus, Aginatio simultate una cum potestate in maius
accensa orauit impense, ut rescriberetur eum occidi, et impetrauit 5
52 facile male sanus incitator et potens. metuensque grauioris inuidiae
pondus, ne pronuntiante Simplicio et consiliario suo et amico periret
homo patriciae stirpis, retinuit apud se paulisper imperiale praecep-
tum haerens et ambigens, quemnam potissimum exsecutorem atrocis
53 rei fidum inueniret et efficacem. tandemque, ut solent pares facile 10
congregari cum paribus, Doryphorianus quidam repertus est Gallus, /
audax ad usque insaniam, cui hanc operam implere breui pollicito /
deferri prouidit uicariam et commonitorium cum Augusti litteris tra-
didit instruens hominem saeuum quidem, sed rudem, qua celeritate
Aginatium sine ullo deleret obstaculo dilatione qualibet inuenta for- 15
54 sitan euasurum. festinauit, ut mandatum est, Doryphorianus magnis
itineribus Romam et inter ... andi initia magna quaeritabat industria,/
qua ui senatorem perspicui generis interficeret iuuantibus nullis. /
cognitoque eum iam pridem repertum in uilla propria custodiri ipse
tamquam capita sontium Aginatium pariterque Anepsiam horrore 20
medio tenebrarum audire disposuit, quo tempore hebetari solent

1 nefa (*in fin. us.*) **V** nephariis **E** *A G* | domi **VE** (in *om.*) domo *A G* || 1. 2 perpessamus euerauit **V** perpessam seruauit **E** p. asseuerauit **E***m3* (*in marg.*) *A G* || 2 m*ugitus (*fu.* a) **V** ascitus **E** mugitus *A G* ocius *Val. in adn.* auctius *Hermann* auritus *Eyss.* malignus *Schneider* mane citus *Corn.* malignius *Pet.* tum citus *Binsfeld* || 3 reddidit *A G* || 4 simultata **V** simultate **E** *A G* || 5 orauit *add. G lac. indic. Cl.* instabat *add. Walter* || 6 gratuoris **V** grauioris **E** *A G* || 7 simplitio **V** || 8 etenuit **V** retinuit **E** *A G* | imperale **V** imperiale **E** *A G* | praeceptum (e *alt. ex* o) **V** || 9 introcis **V** atrocis **E** *A G* || 10 et *add. G* || 11 doryfarianus **V** Doriforianus **E** *A* Doryphorianus *G* || 13 differri **V** *A* deferri **E** *G* | augustu **V** Augusti **E** *A G* || 14 que **V** qui **E** *A* qua *G* || 15 agginatium **V** Aginatium **E** *A G* || 15. 16 forsitante uasurum **V** forsitan euasurum **E** *A G* || 16 dorqueforianus **V** Doriforianus **E** *A* Doryphorianus *G* | magnisque **VE** *def. Blomgren* magnis *A G* || 17 iteneribus ♂ **V** | interandi **V** inter intrandi **E** *A* i. salutandi *G* administrandi *Hadr. Val.* indagandi *uel* rimandi *Gron. in adn.* scrutandi *Pet.* minandi *Brakman* odorandi *Her. lac. indic. Cl.* curandi *Thörnell prob. Miller* intentandi *Damsté* morandi *Walter* || 18 qua uis **V** quemuis **E** *A* qua ui **E***m2* (*in marg.*) *G* | inuantibus **V** iuuantibus **E** *A G* | nonnullis *G* || 19 uulto diripse **V** custodiri ipse **E** *A* uultu diro i. *G* || 20 capita **V** *restit. Her.* caput *G* | fontium **V** fortium **E** *A* sontium *G* | Aginatium *add. Her.* | perque anepsiam **V** A. per *G* pariterque A. *Val.* peraeque *Momms.* perindeque *Her.* || 20. 21 horrorem et **V** horrorem *G* horrore medio *Val.* || 21 disposui **V** disposuit **E** *A G* | habitari **VE** hebetare **E***m2* habitare *A* hebetari *G*

obstrictae terroribus mentes, ut inter innumera multa Aiax quoque
Homericus docet optans perire potius luce quam pati formidinis
augmenta nocturnae. et quoniam iudex, quin immo praedo nefandus / 55
ad id solum, quod promisit, intentus cuncta extollebat in maius, iusso
5 sub quaestione Aginatio statui agmina fecit introire carnificum cate-
nisque sonantibus triste mancipia squalore diuturno marcentia in
domini caput ad usque ultimum lacerabat exitium, quod in stupri
quaestione fieri uetuere clementissimae leges. denique cum iam con- 56
tigua morti tormenta ancillae uoces expressissent obliquas, indicii
10 fide parum plene discussa Aginatius ad supplicium duci pronuntiatur
abrupte nec auditus, cum magnis clamoribus appellaret nomina prin-
cipum, sublimis raptus occiditur pari sententia Anepsia interfecta. /
haec agitante, cum adesset, perque emissarios, cum procul ageret,
Maximino funera urbs deplorauit aeterna.

15 Sed uigilarunt ultimae dirae caesorum. namque ut postea tempestiue 57
dicetur, et idem Maximinus sub Gratiano intoleranter se efferens /
damnatorio iugulatus est ferro et Simplicius in Illyrico truncatus et
Doryphorianum pronuntiatum capitis reum trusumque in carcerem
Tullianum matris consilio princeps exinde rapuit reuersumque ad
20 lares per cruciatus oppressit immensos. uerum unde huc fleximus,
reuertamur. is urbanarum rerum status, ut ita dixerim, fuit.

At Valentinianus magna animo concipiens et utilia Rhenum omnem 2
a Raetiarum exordio ad usque fretalem oceanum magnis molibus

1 obstrictam eterroribus **V** o. erroribus **E** o. terroribus *A* obstrictae t. *G* | mentem **V** mentes *G* | et **V***A* ut **E***G* || **2** humericus **V** Homericus **E***AG* || **3** argumenta **E***A* | quam **V** quam quia **E** quia **E***m2A* quoniam *G* || **5** sub aginatio **V** Aginatio *G* subito A. *Corn.* sibi A. *Pet.* sub quaestione A. *Her.* (*cf. 15, 5, 13*) || **7** capud ♂ **V** | strupri **V** stupri **E***AG* || **9** uocis uocis (*pr. del. m2*) **V** | indiciis **V** indicii *G* || **10** pariam **V** pari iam **E***A* per eam *G* parum *Val.* (**W***m2*) | Aginatium *G* | pronuntiatum **V***G* pronuntiatur **E***A* pronunciatus *Lind.* || **11** audituі **V** auditur **E***A* auditus *G* || **12** patri sententiam **V** pari sententia **E***AG* || **13** emisarios **V** || **14** fenera **V** funera **E***AG* | urbis deplorauit aeternas **V** u. d. aeternae **E***A* d. urbs aeterna *G* || **15** ut celarunt **V** ut cessarunt **E***A* accelerarunt *G* uigilarunt *Her.* (*cf. 28, 6, 25*) | ultrices *G* | dir **V** dirae **E***AG* || **16** dicitur **VE** dicetur *AG* | intuleranter **V** intolleranter **E***AG* || **17** iuiulatus **V** iugulatus **E***AG* | truonatus *ex* trunnatus (*m2*) **V** truncatus **E***A* trucidatus *G* || **18** uorifor **V** Doriforum **E** Doriforianum *A* Doryphorianum *G* | capiti **V** capitis **E***AG* || **18. 19** trusum queret tulliano in matre **V** trusumque rettulliano in m. **E***A* t. in carcere Tulliano, matris *G* in carcerem Tullianum *Haupt* || **19** rapiunt **V***A* rapuit **E***G* || **20** isper **V***A* per **E** *Hadr. Val.* in Galliis per *G* | munde **V** nunc unde **E***A* Sed iam u. *G* ut u. *Haupt* uerum u. *Her. Nov.* (*cf. 30, 4, 22*) | fluximus **V***A* fleximus **E***G* || **22** ad **V** At **E***AG* | magnanimo **V** magna animo **E***AG* || **23** fretalum **V** freta **E***A* fretalem *G* finalem *Corn.* | Oceani **E***A*

communibat castra extollens altius et castella turresque assiduas per habiles locos et opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo, / nonnumquam etiam ultra flumen aedificiis positis subradens barbaros
2 fines. denique cum reputaret munimentum celsum et tutum, quod ipse a primis fundarat auspiciis, praeterlabente Nicro nomine fluuio / 5 paulatim subuerti posse undarum pulsu immani, meatum ipsum aliorsum uertere cogitauit et quaesitis artificibus peritis aquariae rei /
3 copiosaque militis manu arduum est opus aggressus. per multos enim dies compaginatae formulae e roboribus coniectaeque in alueum fixis refixisque aliquotiens prope ingentibus stilis fluctibus erectis con- 10
4 fundebantur auulsaeque ui gurgitis interibant. uicit tamen imperatoris uehementior cura et morigeri militis labor mento tenus, dum operaretur, saepe demersi; tandem non sine quorundam discrimine / castra praesidiaria inquietudini urgentis amnis exempta nunc ualida sunt ... 15

5 His ac talibus laetus exsultansque ... pro anni et temporis †tudila conducens rei publicae studium, ut officio principis congruebat. ratusque aptissimum ad id, quod deliberabat, implendum trans Rhenum in monte Piri, qui barbaricus locus est, munimentum exstruere disposuit raptim. utque celeritas effectum negotii faceret tutum, per Syagrium 20 tunc notarium, postea praefectum et consulem, Aratorem monuit

1 conmouebat **V** communiebat *G* conmunibat *Her.* | castello **V** castella **E***AG* || 2 locas **V** locos **E***AG* || 3 positus **V** positis **E***AG* || 4 duod **V** quod **E***AG* || 5 auspicis ♂ **V** || 7 quare rei **V***A om.* **E** aquariae rei *G* || 8 ardum **V** arduum **E***AG* || 9 formosae **V** formae è *G* formulae e *Her.* | cone teque **V** conte que **E** coniectaeque *AG* || 10 erecti **V** erectis *G* | confidebantur **V** configebantur **E***A* confundebantur *G* conlidebantur *Gron. in adn. def. Corn.* || 11 interan uice **V** inter annice **E** interna uice *A* interrumpebantur. Vicit *G* interibant *Val. in adn.* interierunt *dubit. Cl. in corr.* || 12 uhementior **V** uehementior **E***AG* || 13 demersit **V** demersi *G* | hiscum mine **V** insumine **E** discrimine **E***m3* (*in marg.*) *AG* || 14 inrui etudiner ingentis **V** inquietudine i. **E***m3* (*in marg.*) *A* i. errantis i. *G* inquietudini *Momms.* urgentis *Hadr. Val. in adn.* rigentis *C. F. W. M.* ringentis *restit. Gron. in adn. reiec. Meurig-D.* ruentis *Nov.* || 15. 16 sunt ac talibus **V***AG* sunt / actis talibus **E** His ac t. *C. F. W. M. Pet. lac. indic. Cl. Her. c. c.* || 16 exsul quae **V** exultansque **E***AG* exin, quae *Pet. lac. indic. Her.* | pro animi et temporis tudila **V** pro a. et corporis tutela **E***A* pro anni et temporis statu dilapsos *G* pio animi et t. iudicio *Gron. in adn.* pro anni et t. captu *C. F. W. M.* statu utilia *Pet.* copia *Her.* captu dilatat *Thörnell prob. Miller* || 17 conducerent *Pet.* | trudium ut offer **V** triduum ut operi **E***A* curam habuit, ut officio *G* studium ut esset *Gron. in adn.* studio et operae *Pet.* | congrue agebat *Pet.* || 18 ad ed optissimos ad id **V** ad id aptissimos **E***A* aptissimum ad id *G* oportunissimum *C. F. W. M.* | hrenum **V** || 19 pyri **VE** Piri *AG* || 20 siagrium **VE** Syagrium *AG* || 21 oratorem **V** Aratorem *G*

ducem, ut, dum undique altum esset silentium, id arripere conaretur./ transiit cum notario dux, ut iussum est, statim fodereque per militem, 6 quem duxit, fundamenta exorsus Hermogenen susceperat successorem eodemque puncto quidam optimates Alamanni uenere, obsidum 5 patres, quos lege foederis mansuraeque diutius pacis haud aspernanda pignora tenebamus. qui flexis poplitibus supplicabant, ne Romani 7 securitatis improuidi, quorum fortunam sempiterna fides caelo contiguam fecit, prauo deciperentur errore pactisque calcatis rem adorerentur indignam. uerum haec et similia loquentes in cassum cum 8 10 nec audirentur nec quietum aliquid uel mite referri sentirent, filiorum flentes exitium discesserunt isdemque aegre digressis ex abdito collis propinqui sinu barbaricus prosiluit globus optimatibus danda responsa, ut intellegi dabatur, opperiens adortus milites seminudos humum etiamtum gestantes expeditis agiliter gladiis obtruncabant, inter quos 15 etiam duces ambo sunt caesi. nec indicaturus gesta superfuit quis- 9 quam praeter Syagrium, qui deletis omnibus ad comitatum reuersus / irati sententia principis sacramento exutus abiit ad lares id commeruisse scaeuo iudicatus arbitrio, quod euaserit solus.

Haec inter per Gallias latrociniorum rabies saeua scatebat in perni- 10 20 ciem multorum obseruans celebres uias fundensque indistanter, quid-

1 actum V altum *Grut. ex cod. Fauchet.* || **2** natorio V notario E*AG* | podereque V fodereque E*A* ponereque *G* || **4** Alemanni *G* | uenire VE uenere *AG* || **4.5** obsidiem patres V obsidia p. E obsidium patribus *A* obsides imperatoris *G* obsidum patres *Lind.* || **6** subplicabant V || **7** sempitenna ♂ V || **8** praue V prauo *G* | deficerentur VE deficerent, ut *A* deciperentur *G* | errore *om.* E*A* | pro repactisque V pactisque *G* | calaleatis V calcatis E*AG* || **8.9** redorerentur induenam V redderentur in ueniam E r. ad u. *A* rem adorirentur indignam *G* adorerentur *def. C.F. W. M.* || **10** audiret V audirentur *G* || qui cum V*A* quicquam E *om. G* quietum *Lind.* | uel *om. G* | mittere ferri V mite referri *G* || **11** hisdemque VE Iisdemque *AG* | agri gressis VE aggressis *A* digressis *G* aegre d. *Momms.* || **12** propinquis in VE propinqui, in *A* propinqui *G* p. sinu *Her.* (*cf. 31, 3, 8*) | prosilui V exiluit E prosiluit *AG* | opimibus dum V opinionibus d. E optimatibus d. *A* optimatibus *G def. C. F. W. M.* o. tum *Lind.* || **13** odortus V adortus E*A* agressique *G* adortusque *Val.* et adortus *Cl. asynd. def. Blomgren* | moltes V multos E*A* milites *G* || **14** antesexpeditum V ante expeditum E ante se e. *A* gestantes, expediti *G* expeditis *Val.* | obcabant V occabant E*A* obtruncabant *G* || **15** quiqua V quisquam E*AG* || **16** syagrum VE Syagrium *AG* | tatum V tutum E*A* comitatum *G* | reuersum V reuersus *G* || **17** io conmeruisset VE Icon meruisset et *A* commeruisse *G* id c. *Val.* || **18** scaeso V saeuo *G* scaeuo *Günther Pet. prob. Brakman* | quaedeuaserit V quod euaserit E*m2AG* || **19** gallia latrociniarum V Gallias latrociniorum E*AG* || **20** indutanter V inductanter E indubitanter *AG* indistanter *C. F. W. M. prob. Hertz*

quid inciderit fructuosum. denique praeter complures alios, quos absumpserunt insidiae tales, Constantianus tribunus stabuli impetu est clandestino exceptus moxque interfectus, Valentiniani affinis, / Cerialis et Iustinae germanus.

11 At procul tamquam horum similia cientibus furiis per omne latus 5
Maratocupreni grassatores acerrimi uagabantur, uici huius nominis incolae in Syria prope Apameam positi, nimium quantum numero et exquisitis fallaciis abundantes ideoque formidati, quod mercatorum militumque honoratorum specie sine strepitu ullo diffusi opimas
12 domos et uillas et opes peruadebant. nec quisquam aduentum eorum 10
cauere poterat inopinum non destinata, sed uaria petentium et longinqua et, quocumque uentus duxerat, erumpentum; quam ob causam prae ceteris hostibus Saxones timentur ut repentini. et quamlibet coniurati multorum opes attriuerint oestroque concepti furoris exagitati strages edidere luctificas sanguinis nihilo minus auidi quam prae- 15
darum, tamen, ne per minutias gesta narrando rectum aliquatenus operis impediam cursum, id unum sufficiet eorum exitiale poni com-

1 inciderat *G* | fructus subdenique **V** fructus. Denique *G* fructuosum *Hadr. Val.* | quem **VE** quos *AG* | adsumpserunt **V** absumpserunt *G* || **3** ualentini **V** Valentiniani *G* || **4** caerealis **V** || **5** similes *G* | actentibus **V** ardentibus **E***A* agitantibus *G* cientibus *Hadr. Val. Pet.* | furus **V** furiis **E***AG* || **6** morato cupreni **VE** m., Cupieni *A* Maratocupreni *G* | aggerrimi **V** egerrimi **E** acerrimi *AG* | uagabatur **V** uagabantur **E***AG* || **7** apamiam iam **VE** Apameam iam *A* Apamiam *G* | minimum **V** nimium *G* || **8** fallatiis **V** | mercatorem **V** mercatorum **E***AG* || **9** honeratorum **V** oneratorum **E** honoratorum *AG* | species inestre (*lac. 3 litt. in fin. us.*) ullo die fosi **V** s. / in extremo illo d. sosio **E** s. in e. i. d. fusi *A* specie sine ullo discrimine *G* strepitu u. diffusi *Val. in adn.* | orimas ♂ **V** primas **E** opimas *A om. G* || **10** et oppida *G* et turres *Corn. reiec. Nov.* et aedes *Aldrich* saturas *dubit. Cl. in corr.* | peruadabant **V***A* peruadebant **E***G* peruastabant *Corn.* || **11** potentium **VE** petentium *AG* || **12** quaque **VE***m2 A def. Pet.* quique **E** quoquo *G* quaqua *Eyss.* quoque *Corn.* quocumque *Nov.* | euentus *Eyss. Corn.* | torum pentum **V** eorum corrumpentum **E** corrumpentium *A* irrumpentium *G* erumpentum *Löfst. Cl.* perrumpentum *Pet.* || **13** saxaues tumentur **V** Saxones timentur *G* | tamlibet **V***A* quamlibet **E***G* || **14** coniuratus **V** coniuratis *G* coniurati *Lind. in adn.* | adtribuerint (*lac. 6 litt.*) troque **V** attribuerint (*lac. 6 litt.*) utroque **E***A* attribuerentur, tamen oestro *G* attriuerint *Lind. in adn.* oestroque *Val.* || **14. 15** exagitatis r (*lac. 2 litt.*) ese dedere **V***A* e. (*lac. 2 litt.*) se d. **E** exagitati caedes d. *G* strages edidere *Val.* (edidere *iam* **W***m2*) || **15** nihil omnis **V** nihilo minus **E***AG* || **16** (*lac. 3 litt.*) reme per minutas **VE** (*sine lac.*) *A* (*lac. 10 litt.*) Sed ne per minutias *G* tamen ne *Val.* | gesti **V** gesta **E***AG* | narrandor (*lac. 10 litt. in fin. us.*) enus **V** narrando (*lac. 10 litt.*) e. **E***A* n., *G* nimis *Kell.* urgentis *Pet.* plenum *Her.* rectum aliquatenus *Brakman Nov.* || **17** commerium **V** commercium **E***AG* commentum *Hadr. Val.*

mentum. quaesitus in unum impiorum hominum globus imitatus 13
rationalis officium ipsumque iudicem uespertinis tenebris lugubre
clamante praecone ciuitatem ingressi ambitiosam domum cuiusdam
primatis ut proscripti iussique interfici cum gladiis obsederunt rap-
5 taque suppellectili pretiosa, quia subito perculsi familiares hebetatis
sensibus non defenderant dominum, caesis pluribus ante reuolutam
lucem gressu discessere ueloci. uerum cum exuuiis referti multorum / 14
rapiendi dulcedinem praetermitterent interceptam imperiali motu, op-
pressi interiere omnes ad unum eorumque suboles parua etiamtum, /
10 ne ad parentum exempla subcresceret, pari sorte deleta et lares uersi, /
quos ambitiose luctuosis aliorum dispendiis construxerunt. et haec
quidem textu processere narrato.

Theodosius uero, dux nominis incluti, animi uigore collecto ab 3
Augusta profectus, quam ueteres appellauere Lundinium, cum milite
15 industria comparato sollerti uersis turbatisque Britannorum fortunis /
opem maximam tulit opportuna ubique ad insidiandum barbaris
praeueniens loca nihilque gregariis imperans, cuius non ipse primitias
alacri capesseret mente. hocque genere cum strenui militis munia / 2
et praeclari ducis curas expleret, fusis uariis gentibus et fugatis, quas
20 insolentia nutriente securitate aggredi Romanas res inflammabat, /
in integrum restituit ciuitates et castra multiplicibus quidem damnis
afflicta, sed ad quietem temporis longi fundata.

Euenerat autem eodem haec agente facinus dirum erupturum in 3
periculum graue, ni inter ipsa conatus principia fuisset exstinctum. /

1 hominum *add.* V*m2 sup. lin. del. Harmon c. c. om.* *G* | imitus V*A* mitus (?) E*m2* imitatus *G* || **4** pero scripte V proscriptae E proscripti *AG* | eum V cum *G* || **7** discere V discessere E*AG* | exubiis V exuuiis E*AG* | reperti V repleti *G* referti *Val. in adn.* || **8** pariendi dulcedine praetermitteret at interceptam V parandi d. nihil praetermitterent, intercepti *G* rapiendi *Val. in adn.* (W*m2*) dulcedinem *Cl.* ˜interceptam *restit. Cl.* intercepta *Her.* || **8. 9** oppressunt interire (int- *add. sup. lin. m2*) V oppresserunt / interiere E o., interire *A* oppressi interiere *G* || **9** iraua V praua E*A* parua *G* || **10** suberesceret V subcresceret E*AG* | corté delecta V sorte deleta E*AG* | et dares V et clare E et lares E*m2A* est, laresque *G* est *reiec. Blomgren* | subuersi E euersi E*m2 AG* || **11** ambitiosa VE ambitiose *AG* | exstruxerant *G* || **13** theodosio VE Theodosius E*m2AG* | nomino V non minus E*A* nominis *G* | inclyto E*A* | animo V animi *Lind. in adn.* || **15** brittanorum V Britannorum E*AG* || **18** capessere in V capesseret E*AG* || **19** praeclara V preclaras E praeclari *AG* | tiariis V uariis E*AG* || **20** securitatem V securitate *G* || **22** adflictis et ad quietem VE afflicta, et ad q. *A* affectas, quiete *G* adflicta sed ad quietem *Val.* || **23** enenerat V euenerat E*AG* | corrigente *dubit. Cl. c. c. in app.* || **24** nunter V ni inter E*m2AG*

4 Valentinus natus quidem in Valeria Pannoniae, superbi spiritus homo,/ Maximini illius exitialis uicarii, postea praefecti coniugis frater, ob graue crimen actus in Britannias exsul quietis impatiens malefica bestia ad res perniciosas consurgebat et nouas in Theodosium tumore quodam, quem solum resistere posse nefandis cogitationibus aduerte- 5
5 bat. multa tamen clam palamque circumspiciens crescente flatu cupiditatis immensae exsules sollicitabat et milites pro temporis captu
6 ausorum illecebrosas pollicendo mercedes. iamque propinquante temptatorum effectu doctus haec, unde conuenerat, dux alacrior ad audendum et corde celso ad uindictam compertorum erectus Valen- 10 tinum quidem cum paucis arta ei societate iunctissimis letali poena plectendos Dulcitio dediderat duci; militari scientia uero, qua superabat praesentes, futura coniciens de coniuratis quaestiones agitari prohibuit, ne formidine sparsa per multos reuiuiscerent prouinciarum turbines consopiti. 15

7 Hinc ad corrigenda plura conuersus et necessaria periculo penitus dempto, cum aperte constaret nulla eius propitiam deseruisse fortunam, instaurabat urbes et praesidiaria, ut diximus, castra limitesque uigiliis tuebatur et praetenturis recuperatamque prouinciam, / quae in dicionem concesserat hostium, ita reddiderat statui pristino, / 20 ut eodem referente et rectorem haberet legitimum et Valentia deinde uocaretur arbitrio principis uelut ouantis.

8 ... tudio nuntio inest. haec etiam praecipua. arcanos genus hominum a ueteribus institutum, super quibus aliqua in actibus Constantis

1 ualentinianus quidem **VE** Valentinus q. *A* V. quidam *G* V. q. natus *Momms.* V. n. quidem *Sey.* | pannonia **V***G* Pannoniae **E***m2A* || 2 excitalis **V** exitialis **E***AG* || 3 actum **V** actus **E***AG* | brittanias **V** Britannias **E***AG* | ut *ante* malefica *add. Kell. Corn. reiecimus* || 4 pernitiosas **V** || 6 multo **V** multa *G* | curiditatis **V** crudelitatis **E***A* cupiditatis *G* || 7 ex militis **V** et milites **E***AG* || 8 inlecebricas **VE***m2A* illecebras **E***G* illecebrosas *Lind.* || 10 audendam **VE** audendum *AG* || 11 artaci **V** arta **E***G* arcta ei **E***m2A*˜ | societatem **V** societate **E***AG* || 12 plectendo **VE** plectendos *AG* | milituri **V** militari **E***AG* | uero scientia *tr. G* || 13 conitiens **V** || 14 formidines parca **V** formidine sparta **E** f. sparsa *AG* || 15 conpositi **V** *def. Meurig-D.* consopiti *Val. c. c. in adn. def. Kell.* || 17 eius] coepta *G* | propitia **V** propitiam *G* proposita *Gdt.* || 18 praesidi[a]ria **V** || 19 uirgiliis **V** uigiliis **E***AG* || 20 diciones **V***G* ditionem **E***A* | concesserant **V** concesserat **E***AG* || 22.23 uelut oua (*lac. 2 litt.*) t (*lac. 5 litt.*) tudio nuntio inest haetiam praecipua **V** uelutno uo/ (*lac. 9 litt.*) n. i. etiam p. **E** uelut oua (*lac. 2 litt.*) c (*lac. 5 litt.*) tudio n. i. Haec iam p. *A* uelut – praecipua *om. G* u. ouantis. inter eius dispositiones est haec etiam p. *Val. in adn.* u. o. gaudio nuntio inaestimabili cognito. inter haec tam p. *Her.* || 23 areanos **VE***G* *def. A. Müller Egger Frere* Arcanos *A Her.* || 24 constantibus **V** Constantis **E***AG*

rettulimus, paulatim prolapsos in uitia a stationibus suis remouit /
aperte conuictos acceptarum promissarumque magnitudine praeda-
rum allectos, quae apud nos agebantur, aliquotiens barbaris prodi-
disse. id enim illis erat officium, ut ultro citroque per longa spatia
5 discurrentes uicinarum gentium strepitus nostris ducibus intimarent.

Ita spectatissime ante dictis rebus aliisque administratis similibus / 9
ad comitatum accitus tripudiantesque relinquens prouincias ut Fu-
rius Camillus uel Cursor Papirius uictoriis crebris et salutaribus erat
insignis. et fauore omnium ad usque fretum deductus leni uento trans-
10 gressus uenit ad commilitium principis cumque gaudio susceptus et
laudibus in locum Iouini ut lenti successit, qui equorum copias
tuebatur.

Diu multumque a negotiis discussus urbanis adigente cumulo foris 4
gestorum ad ea strictim exsequenda regrediar exorsus ab Olybrii prae-
15 fectura tranquilla nimis et leni, qui numquam ab humanitatis statu
deiectus sollicitus erat et anxius, ne quid usquam factum eius asperum
inueniretur aut dictum, calumniarum acerrimus insectator, fisci lucra,
unde poterat, circumcidens, iustorum iniustorumque distinctor et
arbiter plenus in subiectos admodum temperatus. sed obnubilabat 2
20 haec omnia uitium parum quidem nocens rei communi, sed in alto
iudice maculosum, quod citeriorem uitam paene omnem uergentem
in luxum per argumenta scaenica amoresque peregerat nec uetitos
nec incestos.

Post hunc urbem rexit Ampelius, cupidus ipse quoque uoluptatum, / 3
25 Antiochiae genitus, ex magistro officiorum, ad proconsulatum gemi-
num indeque multo postea ad praefecturae culmen euectus, lectus

2 acceptorum promissorumque *G* | praecarum V praedarum E*A* praemiorum *G* || 3 barbarico didisse V b. dedisse E*A* barbaris prodidisse *G* edidisse *Hadr. Val.* || 4 ut *add. G* | per multa spatia E *om. G* || 7 tripodiantesque V || 8 crebis V crebris E*AG* | salutarius V salutaribus E*AG* || 11 locum ut lentis iouini V l. uiuentis I. E l. Valentis I. *AG reiec. Seeck* ut lenti *Momms. prob. Pet. post* Iouini *colloc. Her.* | quo V*A* qui E*G* || 13 negetiis V negotiis E*AG* | discursis VE digressus *A* discussus *G* || 14 exsequendar V exsequenda E*AG* || 15 ad V ab E*AG* || 16 nec quibus quam tactum V ne quicquam tactu E ne quod usquam factum *AG* nequid *Eyss.* || 17 agerrimus V egerrimus E acerrimus *AG* | insectatur ♂ V || 18 iustorumque disiunctor V i. distinctor *G* iustorum iniustorumque d. *Val. in adn. def. Kell.* || 19 subiectis V subiectos *Gdt.* || 20 rei communis V *om. G* rei communi *Lind.* || 21 maculose V maculosum E*AG* || 21. 22 u (*lac. 5 litt.*) gentem ui V ingentem in E u (*lac. 3 litt.*) i. in *A* uergentem in *G* || 22 ce (*lac. 3 litt.*) ca V ceca E caeca *A* scenica *G def. Sey.* | peragebat *Hadr. Val. in adn.* (N) | uetuos V uetitos E*AG* || 26 euetus V euectus E*AG* || 26 – p. 78, 1 lectus alia et V alia et E et ad *A* laetus aliâs et ad *G* l. alia et ad *Val.* lectus a. et ad *Hadr. Val.* alias ad *Gdt. def. Corn.*

alia et ad populi fauorem adipiscendum aptissimus, nonnumquam tamen rigidus atque utinam in proposito perseuerans. correxisset enim ex parte licet exigua irritamenta gulae et ganeas taetras, ni flexus
4 in molliora amisisset gloriam diu uicturam. namque statuerat, ne taberna uinaria ante horam quartam aperiretur neue aquam uulga- 5
rium calefaceret quisquam uel ad usque praestitutum diei spatium lixae coctam proponerent carnem uel honestus quidam mandens uide-
5 retur in publico. quae probra aliaque his maiora dissimulatione iugi neglecta ita effrenatius exarserunt, ut nec Epimenides ille Cretensis, / si fabularum ritu ab inferis excitatus redisset ad nostra, solus purgare 10
sufficeret Romam; tanta plerosque labes insanabilium flagitiorum oppressit.

6 Et primo nobilitatis, ut aliquotiens pro locorum copia fecimus, dein plebis digeremus errata incidentia ueloci constringentes excessu. /
7 praenominum claritudine conspicui quidam, ut putant, in immensum 15
semet extollunt, cum Reburri et Flauonii et Pagonii Gereonesque appellentur ac Dalii cum Tarraciis et Ferasiis aliisque ita decens
8 sonantibus originum insignibus multis. nonnullos fulgentes sericis indumentis ut ducendos ad mortem uel, ut sine diritate ominis loquamur, praegresso exercitu arma cogentes manipulatim concitato fra- 20
9 gore sequitur multitudo seruorum. tales ubi comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos introierint balnearum, „ubi ubi sunt nostrae?“ minaciter clamant; si apparuisse subito ignotam compererint meretricem aut oppidanae quondam prostibulum plebis uel meri-

3 gylae V gulae E*AG* | galmeas V ganeas E*AG* || 5 uulgarum VE uulgarium *AG* || 6 usque ad *tr. G* || 7 lex e V lixae E*G* lixae (*lac. 4 litt.*) *A* | uelli onestus V uel ne honestus E uel h. *AG* | diueretur V uideretur E*AG* || 8 allia quas V aliaque E*AG* || 9 erimeni deside cretensis V Epimenides cretensis Idae E E. I. C. *A* E. ille C. *G* || 13 prima VE primo *A* primum *G* | nobilitas VE nobilitatis *AG* | *post* nobilitas *deficit cod.* E *usque ad p. 81, 10* sunt. *in marg. notau. m2*: error est unius charte / vide in codice ueteri, *i. e. scriba codicis* E *unam chartam* (*duas paginas*) *codicis* V *supergressus est* || 15 prae nominum *Rolfe reiec. Hartke* || 16 reburri (i *ex* l) V | flabunii V (*ex* flabianii) *G* Fabunii *A* Flauonii *Her.* | Ragonii *Her. Syme* | gereonisque V Gereonesque *A* Gerionesque *G* || 17 tarracus V*A* Tarraciis *G* | perrasusque V*A* Perrasiis, aliisque *G* Ferasiis *Her.* | itadeces V ita decet *A* ita decens *G* || 18 eriginum V originum *AG* || 19 docendos V *corr. m3* | omnes V*A* ominis *G* || 20 progressae V*A* praegresso *G* | cogites V*A* cogentes *G* ut progressos exercitu armato duces *Pet.* || 21 multi dum V*A* multitudo *G* | talibus V*A* tales ubi *G* || 22 introierit V introierint *AG* | blanearum V *corr. m3* | ubi ubi (*pr. del. m3*) V ubi *A* ubiubi *G* || 23 nostru V nostrum V*m3 A om. G* nostri *Haupt* nostrae *Cl. prob. Bae.* | clamantes *G* | si *add. G post* app. *colloc. Brakman* | ignota V*A Haupt* ignotam *G* || 24 m (*lac. 4 litt.*) V*A* (*lac. 6 litt.*) meretricem *G* mancipia *Haupt* | prestibulum pleus V *corr. m3*

torii corporis ueterem lupam, certatim concurrunt palpantesque aduenam deformitate magna blanditiarum ita extollunt ut Semiramin Parthi uel Cleopatras Aegyptus aut Artemisiam Cares uel Zenobiam Palmyreni. et haec admittunt hi, quorum apud maiores cen-
5 soria nota senator afflictus est ausus, dum adhuc non deceret, praesente communi filia coniugem osculari.

10 Ex his quidam, cum salutari pectoribus oppositis coeperunt, osculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes adulatoribus offerunt genua sauianda uel manus id illis sufficere ad beate uiuendum
10 existimantes et abundare omni cultu humanitatis peregrinum putantes, cuius forte etiam gratia sunt obligati, interrogatum, quibus thermis utatur aut aquis aut ad quam successerit domum.

11 Et cum ita graues sint et cultores uirtutum, ut putant, si uenturos undelibet equos aut aurigas quendam didicerint nuntiasse, ita sol-
15 lerter imminent eidem et percunctantur, ut Tyndaridas fratres eorum suspexere maiores, cum priscis illis uictoriis indicatis gaudio cuncta complessent.

12 Horum domus otiosi quidam garruli frequentant uariis assentandi figmentis ad singula ulterioris fortunae uerba plaudentes parasitorum
20 in comoediis facetias affectando. ut enim illi sufflant milites gloriosos/ obsidiones et pugnas aduersum milia hostium isdem ut heroicis aemulis assignantes, ita hi quoque columnarum constructiones alta fronte suspensas mirando atque parietes lapidum circumspectis coloribus nitidos ultra mortalitatem nobiles uiros extollunt. poscuntur etiam 13

1 uetere lupa V *A* ueterem lupam *G* || 2 ita semiram in V ut Semiramin *A G* || 3 Cleopatram *A* || 4.5 censoriano V censoria nota *A G* || 5 adflictus est senator *tr. G* | cum *dubit. Ehrismann reiec. Opitz* | praesens V praesente *A G* || 7 coeperunt (e *pr. ex* p) V *def. Harmon* coeperint *Nov. def. Ehrismann* || 8 minatium V || 9 genia etuianda V genua suauianda *A G* genas sauiandas *Niemeyer* || 10 humanitatis cultu *tr. G* | putantos V *corr. m3 om. G* || 13 cultures V cultores *A G* | uentoris V *A* uenturos *G* || 14 nequos V ne quos *A* equos *G* || 14.15 italos terhiminent uident V I. ter imminent u. *A* ita i. *G* ita uelociter i., uident *Val.* ita sollerter i. eidem *Her.* ita eos imminenter uident *Češka* || 16 suspexires V suspexisses *A* suspexere *G* | indicatii V indicatu *A* indicatis *G* || 17 conplescent V complessent *A G* || 19 uiterieris V interioris *A* altioris *G* ulterioris *Haupt def. Löfst.* | uerbari audentes V uerba ridentes *A* u. laudantes *G* plaudentes *Lind. def. Haupt* || 20 cemoediis (*lac. 8 litt.*) etas V comoediis (*lac. 4 litt.*) etas *A G* (*lac. 2 litt.*) assentationes *Val. in adn.* facetias *Hadr. Val. in adn.* adsentationes facetas *Haupt def. Meurig-D.* (*uel* blanditias f.) | et V *A* ut *G* || 21 obsidiones] o. urbium *G* | uirum V *A* et *G* aduersum *Pet.* contra *Cl.* | herocis V heroicis *A G* || 22 calumniarum constructionis V c. constructionibus *A* columnarum constructiones *G* || 23 parietis V parietes *A G*

in conuiuiis aliquotiens trutinae, ut appositi pisces et uolucres ponderentur et glires, quorum magnitudo saepius replicata non sine taedio praesentium ut antehac inusitata laudatur assidue maxime, cum haec eadem numerantes notarii triginta prope assistant / cum thecis et pugillaribus tabulis, ut deesse solus magister ludi lit- 5 terarii uideretur.

14 Quidam detestantes ut uenena doctrinas Iuuenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla uolumina praeter haec in profundo otio contrectantes, quam ob causam non iudicioli est nostri, /

15 cum multa et uaria pro amplitudine gloriarum et generum lectitare 10 deberent audientes destinatum poenae Socraten coniectumque in carcerem rogasse quendam scite lyrici carmen Stesichori modulantem,/ ut doceretur id agere, dum liceret, interroganteque musico, quid ei poterit hoc prodesse morituro postridie, respondisse, ut aliquod sciens amplius e uita discedat. 15

16 Ita autem pauci sunt inter eos seueri uindices delictorum, ut, si aquam calidam tardius attulerit seruus, trecentis affligi uerberibus iubeatur; si hominem sponte occiderit propria, instantibus plurimis, ut damnetur ut reus, dominus hactenus exclamat: „quid faciat male factis famosus et nequam? et si quid aliud eiusmodi deinceps ausus 20 fuerit, corrigetur.“

17 Ciuilitatis autem hoc apud eos est nunc summum, quod expedit

1 conubiis V*A* conuiuiis *G* | ponerentur V*A* ponderentur *G* || 2 (*lac. 2 litt.*) licata V licitata *A* delicata *G* replicata *Hadr. Val.* praedicata *Gdt.* || 3 taedit V taedio *AG* | inuisitata *Btl. reiec. Löfst.* || 4 propè triginta *tr. G* | adsistante V assistentes *A* adsistant *G* adsistunt *Nov.* || 5 locus V*A* solus *G* || 5.6 litteri [i uideretur] V literarii u. *AG* || 8 curatore V curatiore *AG* || 11 debent V*A* deberent *G* | pone V poenae *AG* || 12 arcerem progasse V carcerem perrogasse *A* c., rogasse *G* | quondam excite V*A* quendam scite *G* || 14 merituro V *corr. m3* | post tridie V | aliquot V aliquid *AG* aliquod *Cl.* || 15 cũita disceuat V e uita discedam V*m3 A* è u. discedat *G* || 16 tectorum V*A* delictorum *G* || 17 ardius V tardius *AG* | recentis adflictu V recenter afflictus *A* trecentis adfligi *G* || 18 ponte V sponte *AG* | occiderat V*A* occiderit *G* | instante V*A* instantibus *G* || 19 iremus V*A* unus *G* reus *Hadr. Val.* serenus *C.F.W.M.* irenius *Hertz* iratus *Kießl.* protinus *Corn.* inremissus *Pet.* postremus *uel* extremus *Her. reiec. Nov.* ut reus *Cl.* | exclamat V exclamet *Val. in adn. C.F.W.M. Kießl. Pet.* exclamabit *Cl. c. c.* || 19.20 ma (*lac. 8 litt.*) mosus V*A* maniosus *G* manifesto rabiosus *Corn.* m. morosus *Brakman* famosus *Her.* male factis famosus *Nov.* || 20.21 et siquis — cortu *om. G* || 20 et siquis (*lac. 15 litt.*) di deinceps V (-in- *ex* m *m2*) *A* (*lac. 8 litt.*) et si quis aliquid eiusmodi deinceps *Val.* et si q. aliud e. d. *Gron.* at si quid (*lac.*) d. *Pet.* et siquis simile quicquam d. *Brakman* || 21 cortu (*lac. 11 litt.*) V*A* (*lac. 8 litt.*) corrigetur *Val. in adn.* curetur *Pet.* tortus peribit *Češka* || 22 tis V*A* ciuilitatis *G* | (*lac. 8 litt.*) m V *lac. 8 litt. A om. G* summum *Eyss.* uel maximum *Nov.*

peregrino fratrem interficere cuiuslibet, quam, cum rogatus sit ad conuiuium, excusare; defectum enim patrimonii se opimi perpeti senator existimat, si is defuerit, quem aliquotiens libratis sententiis inuitauerit semel.

5 Pars eorum, si agros uisuri processerunt longius aut alienis laboribus uenaturi, Alexandri Magni itinera se putant aequiperasse uel Caesaris, aut si a lacu Auerni lembis inuecti sunt pictis Puteolos, / Duili certamen, maxime cum id uaporato audeant tempore. ubi si inter aurata flabella laciniis sericis insiderint muscae uel per foramen 10 umbraculi pensilis radiolus irruperit solis, queruntur, quod non sunt apud Cimmerios nati. dein cum a Siluani lauacro uel Mamaeae aquis uentitant sospitalibus, ut quisquam eorum egressus tenuissimis se terserit linteis, solutis pressoriis uestes luce nitentes ambigua diligenter explorat, quae una portantur, sufficientes ad induendos homines 15 undecim; tandemque electis aliquot inuolutus receptis anulis, quos, ne uiolentur umoribus, famulo tradiderat, digitis †et metatis Neid. [18] [19]

Enimuero si qui uetus in commilitio principis recens digressus ... rit in [20]

1 peregrinos *AG* | frure V rure *A* iure *G* fratrem *Val.* | quibus libet *G* | quamquam V quam *Val.* quam quum *Hadr. Val. in adn.* | rogatus (*lac. 5 litt. in fin. us.*) V*A* (*sine lac.*) rogatis *G* rogatur *Hadr. Val. in adn.* rogatus sit *Eyss.* || 2 ex ♂ V | patrimoniis oppidi V*A* patrimonii se *G* p. se oppido *Lind.* opimi *Her.* (*cf. 29, 1, 43*) || 3 sus V si is *AG* || 5 processerunt V*G* *def. Harmon* processerint *A* *Dederichs* | alienus V alienis *AG* || 6 magmi tenera V *corr. m3* || 7 tembis V lembis *AG* | sunt *add. G* sint *Dederichs* || 8 uelle certamen V*A* uel Caietam *G* uelleris certamen *Hirschfeld* Duilli c. *Kell. Corn.* | sit V si *AG* || 9 flauella V *corr. m3* | lacinus V laciniis *AG* | sercis V sertis *A* sericis *G* | toramen V foramen *AG* || 10 quaeruntur V*A* queruntur *G* | sunt (*lac. 6 litt. in fin. pag.*) V || 11 *a* apud *incipit* E | cimerrios V cimericos E Cymericos *A* Cimmerios *G* | dem ♂ V || 12 utettitant V ut dictitant E*A* uentitant *G* || 13 solitis V solutis *Lips. Val. in adn.* politas *Pet.* | arbitrua V arbitria E*A* arbitra *G* ambigua *Val. in adn.* || 14 unam V una *G* | p (*lac. 9 litt.*) tur V*A* (*lac. 12 litt.*) *lac. 7 litt.* E portantur *G* | sufficient ex V s. et E sufficienter *A* sufficientes *G* | adiuuendos V ad lauandos E ad induendos *A* ad iuuandos *G* || 15 inuolutos V inuolutus *G* || 16 moribus VE morbus *A* humoribus *G* | tradeat V tradat E*A* tradiderat *G* tradidit *Cl. c. c.* || 16.17 et metatis Neid (*ex* ueid *m3*) V emetatis. Nil E e., ne id *A* ut metatis abit *G* digitis–Neid *ut gloss. del. Ernest. def. Corn.* ut mactatis *Val. in adn.* humectatis *Gron. pater* oneratis *Hemsterhus.* ut mentitis *Hermann* ut gemmatis *Binsfeld* segmentatis *Pet.* ut metatus *Momms.* ut castris metatis *Nov.* exornatis *Bae.* redit *Val. in adn. Hermann* renidet *Binsfeld* discedit *Bae.* || 18–p. 82, 3 enim – fallendo *om. G* || 18 enimuero] Horum de numero *Her.* | siquibus in mil (*lac. 7 litt.*) VE*A* (*lac. 12 litt.*) siquis è militia *Val.* si qui uetus in conmilitio *Her.* | regens V recens *Val.* | (*lac. 14 litt.*) rit m (*lac. 7 litt.*) V *lac. 7 litt.* E (*lac. 5 litt.*) rit m (*lac. 8 litt.*) *A* abierit in larem *Val.* fuerit in otium *Her.*

… aeui prouecti, sub tali praesente … irio … silentii praesul existimatur: ceteri taciturni audiunt dicta … solus pater familias textui narrans aliena et placentia referens erudite pleraque fallendo …

21 Quidam ex his licet rari aleatorum uocabulum declinantes ideoque se cupientes appellari tesserarios, inter quos tantum differt, quantum 5 inter fures et latrones. hoc tamen fatendum est, quod, cum omnes amicitiae Romae tepescant, aleariae solae quasi gloriosis quaesitae sudoribus sociales sunt et affectus nimii firmitate plena conexae: / unde quidam ex his gregibus inueniuntur ita concordes, ut Quintilios esse existimes fratres. ideoque uidere licet ignobilem artis tesserariae 10 callentem arcana ut Catonem Porcium ob repulsam praeturae nec suspectam antea nec speratam incedere grauitate composita maestiorem, quod ei in maiore conuiuio uel consessu proconsularis quidam est antelatus.

22 Subsident aliqui copiosos homines senes aut iuuenes orbos uel cae- 15 libes aut etiam uxores habentes seu liberos, nec enim in hoc titulo discrimen aliquod obseruatur, ad uoluntates condendas allicientes praestigiis miris. qui cum supremis iudiciis ordinatis quaedam reliquerint his, quibus morem gerendo testati sunt, ilico pereunt, ut id

1 aeut prouectibus **V** ut pro uestibus **E** ae, ut pro u. *A* aeui prouectus *Val.* aut prouectibus *Wagn.* ut p. *Eyss.* ut aeui prouecti, sub *Her.* | presente (*lac. 6 litt.*) irio (*lac. 5 litt.*) lenii **V***A* praesente (*lac. 12 litt.*) lenis **E** p. uiro (*lac.*) lenii *Eyss.* p. u. cet. taciturni audiunt d.: adesse silentii pr. exist., solus *Eyss. in app.* ille tali praesente coetu mirionum cantilenae *Rolfe* (mirion. *iam Warmington*) || 2 tacitur (*lac. 6 litt.*) dicta solias **V** taciturni (*lac. 8 litt.*) d. soli aspernarentur **E***A* t. audiunt d. (*lac.*) solus *Val.* || 2.3 tectu (*lac. 2 litt.*) rant aliena **V***A* (*lac. 5 litt.*) t. (*lac. 5 litt.*) aliena **E** tectus narrans a. *Val.* textui *Her.* || 3 referrent **V** referens *Val.* | et urile **V** et uti le- **E** et utile *A* erudite *Her.* | fallendo (*lac. 5 litt.*) **VE***A* || 4 quaedam **V** Quidam *G* || 5 appellarit (*lac. 9 litt.*) s **V** appellant (*lac. 9 litt.*) **E** appellari (*lac. 8 litt.*) *A* a. tesserarios: *G* tablistas *Her. c. c.* | defert **V** differt **E***AG* || 6 et] est et *Her. c. c.* atque *Nov.* || 8 soci abssunt **V** subcrescunt **E** sociabiles sunt *A* sociales s. *G* | adfecti nimis **V** affectae n. **E***A* adfectu nimio *G* adfectus nimii *Her.* affectis animis *Walter* | conixae **V** connexae *G* || 9 quit illios **V** quidem illos **E** Quintilios **E***m2* (quit ideos ? *in marg.*) *A* quis illos *G* || 10 existimet *G* || 11 portium **V** || 12 gratuitate **V** grauitate **E***AG* || 13 *a* quod *incipit frgm.* **M** | et **MV** ei *G* | maiores **MVE** maiore *AG* || 15 subrident *A* | curio sos **MV** copiosos *Grut. ex cod. Fauchet.* | caelibos **MV** caelibes **E***AG* || 16 se **MV** uel **E** et *AG* seu *Momms.* | in *om.* **VE***A* || 17 aliquo **MV** aliquot **E** aliquod *AG* | uoluptates **E** | tondendas **MV***A* condendas **E***G* || 18 potest regnis (i *add. sup. lin. m2*) **M** p. regiis **VE***A* eos technis *G* eos praestigiis *Val. in adn.* praestrigiis *Löfst.* (eos *om.*) | suo remis **M** **VE** postremis **E***m2 A* supremis *G* | quae bant **M** quaebant **V** quae bona **E***A* quae habebant *G* quae habent *Cl. in app.* quaedam *Her.* || 19 – p. 83, 2 ut id – quisquam *om.* *G*

impleri sorte fatorum opperiente, nec putes nec facili potest aegritudo testam ... comitatu est his quisquam.

Alius cum dignitate licet mediocri ceruice tumida gradiens notos 23 antea obliquato contuetur aspectu, ut post captas Syracusas existimes 5 reuerti Marcellum.

Multi apud eos negantes esse superas potestates in caelo nec in 24 publicum prodeunt nec prandent nec lauari arbitrantur se cautius posse, antequam ephemeride scrupulose sciscitata didicerint, ubi sit uerbi gratia signum Mercurii uel quotam cancri sideris partem / 10 polum discurrens obtineat luna.

Alius, si creditorem suum flagitare molestius aduerterit debitum, / 25 ad aurigam confugit audentem omnia praelicenter eumque ut ueneficum curat urgeri: unde non nisi reddita cautione dispendioque afflictus graui discedit. et additur huic, debitorem uoluntarium includit ut 15 proprium nec ante eius professionem absoluit.

Parte alia uxor, ut prouerbium loquitur uetus, eandem incudem diu 26 noctuque tundendo maritum testari compellit, hocque idem ut faciat uxor, urget maritus instanter et periti iuris altrinsecus asciscuntur, / unus in cubiculo, alter eius aemulus in triclinio repugnantia tractaturi. 20 isdemque subseruntur genitalium fatorum interpretes controuersi hinc praefecturas profusius largientes et sepulturas diuitum matronarum, /

1 inpleris orae MV in plerisque E impleris horae *A* impleri sorte *Val.* | fatorem MV fatorum *Val.* (T) | puteos MV putes *Eyss.* (nec *pr. del.*) || 2 testam (*lac. 13 litt.*) comitatum MV (*lac. 20 litt.*) testamentum (*lac. 18 litt.*) c. E testament (*lac. 9 litt.*) comitatu *A* | quistuam MV qui E quisquam *A* || 3 *lac. 9 litt.* M*A* *16 litt.* V *12 litt.* E Alius *G* si accitus in comitatum est ex his quisquam cum *Her.* | (*lac. 12 litt.*) uicet MV (*lac. 6 litt.*) u. (uice *in marg. m2*) E (*lac. 8 litt.*) uice *A* ceruice *G* mediocri, c. *Val. in adn.* | umida MV humida E tumida E*m2AG* | gradies MVE gradiens *AG* || 4 antira MV antea *G* | aliquato MV aliquanto E obliquato *AG* | affectu *A* | existimes *om.* E || 5 reuertimus MV*A* reuertisse E reuerti M. *G* reuerti *Nov.* || 6 negant *G* || 7 publico MV publicum *C. F. W. M.* | lauariari MV lauantur E lauari *AG* || 8 efemeri descrupulosae M e. descrupilosae V ephemeride scrupulose E (eff-) *AG* || 9 cancro MV cancri E*AG* || 10 optinent MV optinet E obtineat *AG* || 11 aliud MV alius E*AG* | flagitarem lestiuo MV f. lectiuo E flagitare illectiuo *A* f. molestius *G* || 12 ut beneficum MV*A* *om.* E ut ueneficum *G* || 13 curatur geri MVE curat urgeri *AG* || 15 negante M (*priori* e *superscr.* c) V nec ante *G* | profectionem MV professionem *Val. in adn.* || 16 eadem MV eandem *G* | incude E*A* || 17 tundenda MVE tundendo *AG* | hoc quidem E || 19 alter eius] alterius E | pugnantia E repugnatia *G* | tracturi MV tractaturi E*AG* || 20 iisdemque *AG* | extoruith (*lac. 4 litt.*) terpraeter MV (*lac. 7 litt.*) extorruith -terprete E exteruit. hinc (*lac. 3 litt.*) interpretes *A* extorum i. *G* astrorum *Corn.* extorumque *Momms.* fatorum *Her.* || 21 praefectus pas MVE p. p. (*lac. 6 litt.*) *A* praefecturas *G* | profusus MV profusius M*m2*E*AG* | matroniarum MV matronarum E*AG*

inde ad exsequias uirorum iam aduentantes necessaria parari oportere iubentes. et testatura ... ancillas suapte natura pallidior, spiritu pridie consumpto defuncta ... †umrom atque, ut Tullius ait: „nec in rebus humanis quidquam bonum norunt nisi quod fructuosum sit; amicos tamquam pecudes eos potissimum diligunt, ex quibus se 5 sperant maximum fructum esse capturos."

27 Cumque mutuum illi quid petunt, soccos ut Micionas uidebis et Lachetas, cum adiguntur, ut reddant, ita coturnatos et turgidos, ut Heraclidas illos Cresphonten et Temenum putes. hactenus de senatu.

28 Nunc ad otiosam plebem ueniamus et desidem. in qua nitent ut 10 nominibus cultis quidam calceorum expertes, ut Messores, Statarii, / Semicupae et Serapini et Cicymbricus cum Gluturino et Trulla et 29 Lucanicus cum Porclaca et Salsula similesque innumeri. hi omne, quod uiuunt, uino et tesseris impendunt et lustris et uoluptatibus et spectaculis eisque templum et habitaculum et contio et cupitorum 15 spes omnis Circus est Maximus; et uidere licet per fora et compita et plateas et conuenticula circulos multos collectos in se controuersis 30 iurgiis ferri aliis aliud, ut fit, defendentibus. inter quos hi, qui ad satietatem uixerunt⌋ potiores auctoritate longaeua per canos et rugas clamitant saepe rem publicam stare non posse, si futura concerta- 20

1 fama **MV** foeminas *G* iam *Val.* | inuitantes *G* || 2 inuentes **MVE** innuentes *AG* iubentes *Gdt.* || 2.3 et testatura – ait *om. G* | testatura (*lac. 4 litt.*) ancillas capte **MV** (*lac. 11 litt.*) t. (*lac. 5 litt.*) a. cate **E** t. (*lac. 5 litt.*) ancilla suapte *A* testatur a. *Her.* testatura anus ancillas capit *Češka* | pallidi (*lac. 5 litt. in fin. us.*) aspirati **MV** (*sine lac.*) pallidior spiritu *Her.* p., quas s. *Češka* || 3 consumpta **VE***A* | (*lac. 9 litt.*) um romaque **MV** (*lac. 15 litt.*) *A* (*lac. 7 litt.*) (*lac. 9 litt.*) romaque **E** atque *Her.* agit in forum Romaque *Češka* | millius **MV** Tullius **E***A* || 4 bus **MV** rebus **M***m2***E***AG* | bos (*lac. 2 litt. in fin. us.* **M**) nouunt **MV** (*sine lac.*) hos norunt **E***A* bonum n. **M***m2G* | sic *G* || 5 et *ante* amicos *add. Lind.* || 7 soccatos *C. F. W. M.* | et **MV** *Wilamowitz* ut *C. F. W. M.* | micaunas **MV** Miciones *G* Miconas *Val.* Micionas *Wilamowitz* || 8 adiunguntur **MVE** adiguntur *AG* | credant **E** | tungidos **V** || 9 illes **MV** illos **E***AG* | cresfonten **M** cresfontem **VE***A* Cresphontem *G* || 10 defidem **MV** desidem **E***AG* || 10.11 ut in hominibus **E** et nominibus *AG* || 11 cultis et **VE***A* inclutis *C. F. W. M.* | cimessores **MV** ut Messores *Her.* | statuarii **E** || 12 semicupa **MV** Semicupae *G* | serapim **MV** Serapini *G* | cicimbricus **MV** | et contrulla **V** et cum Trulla **E***A* || 13 lucunucus **MV** Lucanicus *G* | Porclaca **M***A* *restit. Nissen* pordaca **VE***G* | similisque **MV** similesque **E***AG* | hi omnes **MV***A* homines **E** hi omne *G* || 14 bibunt *ex* uiuunt **M** uiuunt *ex* hibunt **V** | teseris **MV** tesseris **E***AG* || 14 – p. 85, 1 -lupt- – quem *non exstant in* **M** *7 uss. ereptis* || 14 uolupti[b]us **V** uoluptatibus **E***AG* || 15 copitorum **V** compitorium **E***A* *om. G* cupidorum *Val. in adn.* cupitorum *Hadr. Val.* || 16 omnes **V** omnis *G* | circum **V** Circus **E***AG* || 18 alii **VE***A* aliis **E***m2G* | defit **VE** ut fit *AG* || 19 sacietatem **V** || 19.20 ianos et rogant uel amittant **V***A* Janos uel r. uel autumant **E** Ianos et fora clamitant *G* canos et rugas *Hadr. Val.*

tione, quem quisque uindicat, carceribus non exsiluerit princeps et
inominalibus equis parum cohaerenter circumflexerit metam. et ubi 31
neglegentiae tanta est caries, exoptato die equestrium ludorum illu-
cescente nondum solis puro iubare fusius omnes festinant praecipi-
5 tes, ut uelocitate currus ipsos anteeant certaturos; super quorum
euentu discissis uotorum studiis anxii plurimi agunt peruigiles noctes.

Vnde si ad theatralem uentum fuerit uilitatem, artifices scaenarii 32
per sibilos exploduntur, si qui sibi aere humiliorem non conciliauerit
plebem. qui si defuerit strepitus, ad imitationem Tauricae gentis /
10 peregrinos uociferantur pelli debere, quorum subsidiis semper nisi sunt
ac steterunt, et taetris uocibus et absurdis; quae longe abhorrent a
studiis et uoluntate ueteris illius plebis, cuius multa facete dicta me-
moria loquitur et uenusta. sed enim nunc repertum est pro sonitu 33
laudum impensiore, per applicatos homines ad plaudendum ut in
15 omni spectaculo exodiario uenatori aurigae et histrionum generi omni /
et iudicibus celsis itidemque minoribus nec non etiam matronis cla-
metur assidue: „per te illi discant"; quid autem debeat disci, nemo
sufficit explanare.

In his plerique distentioribus saginis addicti praeeunte nidoris in- 34
20 dagine acutisque uocibus feminarum a galliciniis ipsis in modum
pauorum ieiunitate clangentium humum summis pedum unguibus
contingentes aulis assistunt digitos praerodentes, dum patinae defer-
uescent. alii nauseam horridae carnis, dum excoquetur, intentius de-

1.2 prin (*lac. 13 litt.*) nominabilis (l *ex* s **V**) aequis **MV** prin (*lac. 8 litt.*) n. equis **E***A* princeps et (*reliqua* – cohaerenter *om.*) *G* primus aut abominabilis equus *Her.* inominalibus *Harmon* || **2** coherce (*lac. 10 litt.*) er **MV** (*lac. 18 litt.*) choherce (*lac. 10 litt.*) **E** coerce (*lac. 15 litt.*) et *A* cohaerenter *Val.* | circumelexerit **MV** circum elexerit **E** c. elegerit *A* circumflexerit *G* || **2.3** et ubi – caries *om. G* || **4** puro (pu *del. m3 ?*) **V** | iuuaret **MV** iubare **V***m3***E***m3* (*in marg.*) *AG* lunare lumine **E** || **5** curros **MV** currus **E***AG* | anteeaint certaturos **M** anteea incertaturos **V** antea incerta ituros **E** anteeant in certamen i. *A* a. certaturos *G* || **6** discissis **M** (*ex* discisses) *G* discissi **VE***A* || **8** exploruntur **V** explorantur **E** | siqui sibi **MV***G def. Löfst.* si quis sibi **E***A* || **9** sui si **MV** cui si *G* qui si *Val.* | dimicationem **E** || **12** plebes **V** | facese **M** faces e- **VE** facete *AG* | edicta *dubit. Cl. c. c. in app.* || **13** uenustas id **MVE** uetustas. Id *A* uenusta. Id *G* uenuste *Nov.* uenusta sed *Eyss. Blomgren* id *def. C. F. W. M.* || **14** aplicatos **M** | hominis auloquendum et **MV** homines ad loquendum et **E***A* h. ad l., ut *G* plaudendum *Nov.* plodendum *C. F. W. M.* || **15** genere **MV** generi *G* || **16–22** iudicibus –di- *non exstant in* **M** *7 uss. ereptis* || **16** ne[c] (*fu.* n) **V** || **17** obsidie **V** assidue **E***AG* | ille **V** illi *Cl.* | discat *G* || **19** niuoris inlagine **V** uiuoris indagine **E** (rumoris *add. in marg. m2*) nidoris i. *AG* || **21** pauorum **VE***G restit. Her.* pauonum *A* | hiennitare **V** inanitate *G* immaniter *Wagn.* hinnienter *Hertz* ieiunitate *Haupt* || **22** gitis **M** digitis **VE** digitos *AG* | praerudentes **M** (*ex* -rund- *?*) **V** pretrudentes **E** praerodentes *AG* | patine **M** pati ne- **V** patinae **E***AG* | deferuescunt **E***AG* || **23** excoquitur **MV** excoquetur *Cl. c. c.*

spectantes, ut discissarum pecudum exta rimari cum anatomicis
Democritum putes docentem, quibus modis posteritas mederi dolori-
bus possit internis.
35 Sit satis interim haec digessisse super rebus urbanis. nunc redeamus
ad cetera, quae per prouincias agitauere multiplices casus. 5
5 Erupit Augustis ter consulibus Saxonum multitudo et oceani diffi-
cultatibus permeatis Romanum limitem gradu petebat intento saepe
nostrorum funeribus pasta; cuius eruptionis primae procellam Nan-
nienus sustinuit comes regionibus isdem appositus, dux diuturno
2 bellorum labore compertus. sed tunc ad mortem destinatae plebi con- 10
gressus cum milites quosdam ruisse et se uulneratum imparem fore
certaminibus aduerteret crebris, docto imperatore, quid agi deberet, /
id est adeptus, ut peditum magister Seuerus opitulatum rebus dubiis
3 adueniret. qui ducens militem rei sufficientem cum uenisset ad loca, /
discriminatis ordinibus superbos barbaros ante colluctationem adeo 15
terruit et turbauit, ut nec controuersas opponerent manus, sed signo-
rum aquilarumque fulgore praestricti uenialem poscerent pacem. /
4 diuque uariatis consiliis, cum id rei publicae conducere uideretur, /
pactis indutiis et datis ex condicione proposita iuuenibus multis ha-
bilibus ad militiam discedere permissi sunt Saxones sine impedimen- 20
5 to, unde uenerant, reuersuri. quibus omni iam formidine uacuis red-
itumque parantibus occulte pedites missi insidias in abdita quadam
ualle struxerunt, unde praetereuntes aggredi negotio poterant leui. /
6 sed longe secus accidit, quam sperabatur. sonitu enim aduentantium
perciti exsiluere quidam intempestiue uisique subito, dum se firmare 25
festinant, ululantibus lugubre barbaris uertuntur in pedes. stetere
tamen mox conglobati extremaque sorte uires licet non integras sug-
gerente confligere cogebantur multaque caede perculsi concidissent
nullo relicto, ni catafractorum equitum cuneus ad inferendum peri-

1 disciscorum MV discissarum E *A G* || 2 mo[d]is V | dolori V || 4 renis MV rebus E *A G* || 7 permea (*in fin. us. del. m2*) permeatis V | militem MV limitem *G* | intento M (*?*) *G* inuento V *A* cruento E || 8 pasta] parta uictoria E | nannenus MV *A G* Nanneus E Nannienus *scripsimus* (*cf. 31, 10, 6*) || 9 iisdem E *A G* | dum MV *om. G* dux *Val. in adn.* || 10 laborem bellorem labore MV labore bellorum E b. l. *A G* | morte MV mortem E *A G* | congressis MV congressus E *A G* || 11 cum *ex* con M || 13 oppitulatum V || 13. 14 dubiis ad *uerb. ult. in frgm.* M || 15 per V *om. G* feros *Pet.* superbos *Cl. prob. Bickel* | conluctionem VE colluctationem E*m2 A G* || 16 sit V sed E *A G* || 17 aquilorum qui V aquilarumque E *A G* | pascerent V poscerent E *A G* || 18 ad V id E *A G* || 19 inductiis V induciis E (-uti-) *A G* || 21 omnia VE omni *A G* | uacuisse V uacuis sed E u., se *A* uacuis *G* || 23. 24 leuis et V leui. Sed E *A G* || 27 exstremaque V || 29 cata fracitorum V cataphractorum E (-fra-) *A G*

culum transeuntibus barbaris ex alio latere prope diuortium itineris
pari modo locatus clamore percitus tristi agiliter subuenisset. exin 7
concursum infestius firmatisque pectoribus hinc inde incumbentes
Romani clausos hostes eductis gladiis obtruncabant. nec quisquam
5 eorum genitales reuisere potuit lares ne uno quidem caedibus con-
corporalium superesse permisso. ac licet iustus quidam arbiter rerum
factum incusabit perfidum et deforme, pensato tamen negotio non
feret indigne manum latronum exitialem tandem copia data consump-
tam.

10 Post haec ita prospere consummata Valentinianus uersando sen- 8
tentias multiformes anxia sollicitudine stringebatur reputans multa
et circumspiciens, quibus commentis Alamannorum et Macriani regis
frangeret fastus sine fine uel modo rem Romanam irrequietis motibus
confundentes. immanis enim natio iam inde ab incunabulis primis / 9
15 uarietate casuum imminuta ita saepius adolescit, ut fuisse longis
saeculis aestimetur intacta. seditque consilia alia post alia imperatori
probanti Burgundios in eorum excitare perniciem, bellicosos et pu-
bis immensae uiribus affluentes ideoque metuendos finitimis uniuer-
sis. scribebatque frequenter ad eorum reges per taciturnos quosdam et 10
20 fidos, ut isdem tempore praestituto superuenirent, pollicitus ipse
quoque transito cum Romanis agminibus Rheno occurrere pauidis /
pondus armorum uitantibus insperatum.

Gratanter ratione gemina principis acceptae sunt litterae: prima 11
quod iam inde temporibus priscis subolem se esse Romanam Bur-
25 gundii sciunt, dein quod salinarum finiumque causa Alamannis saepe
iurgabant. cateruas misere lectissimas, quae, antequam miles congre-

2 pri **V** primo **E** pari *AG* || 5 reuissere **V** || 7 ut *ante* perfidum *add. Günther* || 8 ferret **V** feret **E***AG* | coria **V***G* copia **E***A* | coptam **V** captam **E***A* comptam *G* consumptam *C. F. W. M.* deletam *Nov.* contritam *Bae.* || 10 reconsumata **V** consumata **E** re consummata *A* consummata *G* || 11 stringebantur **V** stringebatur **E***AG* || 12 Alemannorum *G* || 13 romanem **V** Romanam **E***AG* || 14 confundentes **V** *def. Meurig-D.* confundentis *Pet.* | uinculo nabilis **V** incunabulis **E***AG* || 15 aduliscis **V** adolescit **E***AG* | longius **VE** longis *AG* || 16 concilio **VE** consilium *A dubit. Cl. in app.* (*cf. 19, 7, 6*) consilia *G* consilio *Gdt.* | alio[1] **VE** alia *AG* || 17 probantibus urguendi os **V** p. urgendi hos **E** probanti, Burgundios *AG* | excita **V** exciri **E** excitare *A defendimus* (*cf. 27, 5, 8*) excitari *G* | ubi **VE** urbis *A* turbae *G* pubis *Val. in adn.* || 18 afluentes **V** affluentes **E***AG* | metuendo **VE** metuendos *AG* || 19 frequen&r **V** || 21 agminibus Romanis *tr. G* || 23 rationale **V** ratione **E***AG* || 24 a *ante* temporibus *add. C. F. W. M. reiec. Bae. Blomgren* || 25 finumquae **V** finiumque **E***AG* | *ab* alamannis *incipit frgm.* **M.** Alemannis *G* || 26 et *ante* cateruas *add. Val. in adn. reiec. Blomgren; plura intercidisse cens. Her.* | congregarentur **V**

garetur in unum, ad usque ripas Rheni progressae imperatore ad exstruenda munimenta districto terrori nostris fuere uel maximo. /
12 igitur paulisper morati, cum neque Valentinianus, ut spoponderat, die praedicto uenisset nec promissorum aliquid aduerterent factum, / ad comitatum misere legatos poscentes adminicula sibi dari redituris 5
13 ad sua, ne nuda hostibus exponerent terga. quod ubi negari per ambages sentirent et moras, maesti exinde discesserunt et indignati. / hocque comperto reges ut ludibrio habiti saeuientes captiuis omnibus interfectis genitales repetunt terras.

14 Apud hos generali nomine rex appellatur Hendinos et ritu ueteri 10 potestate deposita remouetur, si sub eo fortuna titubauerit belli uel segetum copiam negauerit terra, ut solent Aegyptii casus eiusmodi suis assignare rectoribus. nam sacerdos apud Burgundios omnium maximus uocatur Sinistus et est perpetuus obnoxius discriminibus nullis ut reges. 15

15 Per hanc occasionem impendio tempestiuam Alamannos gentis ante dictae metu dispersos aggressus per Raetias Theodosius ea tempestate magister equitum pluribus caesis, quoscumque cepit, ad Italiam iussu principis misit, ubi fertilibus pagis acceptis iam tributarii circumcolunt Padum. 20

6 Hinc, tamquam in orbem migrantes alium, ad Tripoleos Africanae prouinciae ueniamus aerumnas, quas, ut arbitror, Iustitia quoque ipsa defleuit. quae unde instar exarsere flammarum, textus aperiet
2 absolutus. Austoriani his contermini partibus barbari in discursus semper expediti ueloces uiuereque assueti rapinis et caedibus pau- 25 lisper pacati ad genuinos turbines reuoluti sunt hanc causam prae-
3 tendentes ut seriam. Stachao quidam nomine popularis eorum ut in otio nostra peragrando licentius agebat quaedam uetita legibus, inter

1 imperator: **MV** imperatore **E***G* imperatorem *A* || 2 truenda **V** trudenda **E***A* | destricto **MV** districto *G* || 3 igitur igitur **MV** (*pr. del. m2*) || 4 diae **V** | aduerteret **E** || 5 clari **V** | pedituris **MV** petituris *A* redituris *G* || 6 Nenuda **M** renuda **V** ne nuda *AG* || 7 necti *G* | et *ante* indignati *om. G* || 8 ludibria **VE** | omnibus *ex* ominibus **V** || 9 reppetunt *ex* reppitunt **V** || 10 ós **V** | res **M***A* rés **V** *om.* **E** rex *G* | appellatum **MV** (apell-) appellatur *G* || 11 si *om.* **VE***A* || 12 ter flaui **MVE***A* perflaui **E***m2* terra: quemadmodum *G* terra ut *Hadr. Val.* | eius modum **MVE** eiusmodi **E***m2AG* || 13 uis **MV** ius **E***A* *om. G* suis *Val. in adn.* unis *uel* omnis *Günther* || 14 maximos **V** || 16 Alemannos *G* || 17 retias **M** (*ex* petias) **V** || 18 aequitum **MV** || 19 pacis **MV** pagis **E***A* agris *G* || 23 instra **V** instrumenta **E***A* | teatus **V** || 24 austuriani **MV** | partibus *ex* bartibus **M** || 26 genuinos **MVE** *def. Pighi* in g. *AG* ad g. *Her.* (*cf. 24, 3, 6*) | hac **MV** hanc **E***AG* || 27.28 utinouo **MV** uti nouo **E** uere n. *A* *om. G* ut in otio *Val. in adn.* || 28 quae dum **VE**

quae illud potius eminebat, quod prouinciam omni fallaciarum uia
prodere conabatur, ut indicia docuere uerissima; quocirca supplicio
flammarum absumptus est.

Huius necem ulcisci ut propinqui damnatique iniuste causantes / 4
5 ferarum similes rabie concitarum exsiluere sedibus suis Iouiano etiam
tum imperante ueritique prope Leptim accedere, ciuitatem muris et
populo ualidam, suburbano eius uberrimo insidere per triduum mac-
tatisque agrestibus, quos inopinus hebetauerat pauor uel confugere
coegerat ad speluncas, incensa supellectili multa, quae uehi non
10 poterat, referti rapinis reuerterunt ingentibus trahentes captiuum
Siluam quoque casu cum caritatibus in agro inuentum, ordinis sui
primatem.

Hac subita clade Leptitani perterriti ante incrementa malorum, / 5
quae intentabat barbaricus tumor, praesidium implorauere Romani, /
15 comitis per Africam recens prouecti. qui cum uenisset militares copias
ducens ferreque opem rebus rogaretur afflictis, non nisi abundanti
commeatu aggesto et camelorum quattuor milibus apparatis castra
firmabat esse moturum. hocque responso miserandis ciuibus stupefac- 6
tis atque negantibus sufficere se posse post uastationes et incendia ita
20 enormibus instrumentis remedia quaerere damnorum immanium /
dissimulanter diebus ibi quadraginta consumptis nullo temptato idem
discesserat comes.

Qua spe Tripolitani frustrati formidantesque extrema allapso legi- 7
timo die concilii, quod apud eos est annuum, Seuerum et Flaccianum
25 creauere legatos Victoriarum aurea simulacra Valentiniano ob imperii
primitias oblaturos, utque lacrimosas prouinciae ruinas docerent intre-
pide. quibus compertis Romanus misso equite uelocissimo magistrum 8
officiorum petit Remigium, affinem suum uel rapinarum participem, /
ut prouideret imperatoris arbitrio cognitionem huius negotii uicario

1 que **MVE** quae *AG* | petius **MV** peius **E***A* potius *G* | prouinciatu **MVE** prouinciam cum **E***m2* prouinciam *AG* || **5** feraraim **V** || **6** uaeritique **MV** | accidere **MVE** accedere *AG* || **7** uberrimo *om.* **E** | actatisque **MV***A* uastatisque **E** mactatisque *G* || **8** habitauerat **MV** hebetauerat **E***AG* || **9** incensas suppellectili **MV** incensa supellectili **E***AG* | que **MV** quae **E***AG* || **10** recerti *ex* reuerti **M** reuerti **V** reuersi **E***A* aucti *G* referti *Val. in adn.* | inuerterunt **MV** reuerterunt *G* || **11** Siluani **E** | casuum seritatibus **MV** c. feritatibus **E***A* casu *G* c. cum caritatibus *Val.* || **13** incriminenta **MV** incrementa **E***AG* || **14** que **MV** quae **E***AG* || **15** militaris **MVE** militares *AG* || **16** ducens **M** (*ex* duces) **E***AG* duces **V** | nisi abun *uerb. ult. in frgm.* **M** || **17** camellorum **V** || **19** negandis **V** negantibus **E***AG* || **19. 20** itae normibus **V** ita enormibus **E***A* enormibus *G* || **23** frustati **V** frustrati **E***AG* || **24** flictianum **VE** Elictianum *A* Flaccianum *G* || **26** obque **V** utque *G* || **29** Vincentio *ante* uicario *add. Kell.* Dracontio *Warmington prob. Češka*

9 sibique deferri. uenerunt in comitatum legati aditoque principe uerbis, quae perpessi sunt, ostenderunt; obtulerunt decreta textum continentia rei totius. quibus lectis cum neque relationi officiorum magistri fauentis Romani flagitiis nec contraria referentibus crederetur, promissa disceptatio plena dilata est eo more, quo solent inter potiorum 5 occupationes ludi potestates excelsae.

10 Dum remedia quaedam a commilitio principis exspectantur, suspensis Tripolitanis diuque anxiis rursus globi superuenere barbarici / fiducia sublati praeteritorum Leptitanoque agro et Oeensi interneciua populatione transcursis expleti praedarum aceruis ingentibus absces- 10 serunt occisis decurionibus multis, inter quos Rusticianus sacerdo-

11 talis et Nicasius enitebat aedilis. haec autem eruptio ideo arceri non potuit, quod ad legatorum preces negotiorum quoque militarium cura

12 praesidi delata Ruricio mox translata est ad Romanum. et iam recens inflictae cladis nuntius missus ad Gallias excitauit acrius principem. / 15 ideoque tribunus et notarius Palladius mittitur, ut et militi disperso per Africam praeberet stipendium debitum et gesta per Tripolim fide congrua scrutaretur.

13 Inter tales tamen consulendi moras exspectandique responsa / Austoriani successu gemino insolentes ut rapaces alites aduolarunt / 20 irritamento sanguinis atrocius efferatae; cunctisque, nisi quos fuga discriminibus eximeret, interemptis praedas, quas antehac reliquerant,

14 auexerunt arboribus exsectis et uitibus. tunc Mychon quidam nobilis oppidanus et potens captus in suburbano lapsusque, antequam uinciretur, quia pedibus aeger euadere penitus uetabatur, in puteum 25 aquis uacuum sese coniecit, unde costa diffracta leuatus a barbaris / ductusque prope portas coniugis miseratione redemptus est et ad

15 pinnas muri fune sublatus post biduum interiit. unde elati in pertinaciam saeuissimi grassatores ipsa pulsauere moenia Leptitana funestis plangoribus resonantia feminarum, quas numquam antea hosti- 30 liter clausas pauor exanimabat insolitus, obsessaque urbe per octo

1 ibique **V***A* sibique **E** *Lind.* sibi *G* | differri **V***A* deferri **E***G* || **6** potestas **V** potestatis **E***G* potestates *A* || **7** principio **V***A* principis **E***G* || **8** superuenire **V** superuenere **E***AG* || **9** eensi **V***AG* emenso **E** Oeensi *Val.* || **10** transcurris **V** transcursaque **E** transcursis *AG* | incentibus **V** ingentibus **E***AG* | abcsesserunt ♂ **V** || **11** Rusticanus *G* || **17** tribolim **V** || **20** Austuriani **E***G* | successo **V** successu **E***AG* | auolarunt **V***A* aduolarunt **E***G* || **23** auexerunt *add. G* auerterunt *Pet. in ind. Brakman* | et sectis **V** exectis **E***AG* || **25** uinceretur qua **V** uinciretur, quia **E***AG* || **26** diffraeta **V** diffracta **E***AG* || **27** rortas **V** portas **E***AG* || **28** interuit **V** interiit **E***AG* interiuit *C. F. W. M. Walter prob. Bae.* | pertinatiam **V** || **31** obsessasque **V** obsessaque **E***AG*

continuos dies, cum quidam oppugnatores sine ullo uulnerarentur effectu, redierunt ad propria tristiores.

16 Ob quae super salute dubii ciues ultimaque temptantes profectis ante legatis nondum reuersis Iouinum mittunt atque Pancratium, / 5 quae uiderint quae ipsi perpessi sint, imperatorem fida relatione docturos. qui Seuerum apud Carthaginem inuentum et Flaccianum, / superiores illos legatos, percontando, quid egerint, cognouerunt eos audiri a uicario iussos et comite. e quibus Seuerus ilico perit uexatus acerbitate morborum; nihilo minus tamen properarunt ad comitatum 10 magnis itineribus ante dicti.

17 Ingresso post haec Palladio Africam Romanus, quas ob res uenerat, ante praestructus, ut securitatem suam in tuto locaret, numerorum principiis per quosdam secretorum mandauerat conscios, ut ei tamquam potenti et palatii summatibus proximo stipendii, quod pertu- 15 lerat, praestarent maximam partem; et ita est factum. 18 confestimque ille ditatus perrexit ad Leptim, utque ad ueritatis perueniret indaginem, Erechthium et Aristomenen, facundos municipes et insignes, / libere suas ciuiumque et finitimorum retexentes aerumnas ad loca uastata secum eduxit. 19 quibus aperte cuncta monstrantibus luctuosis 20 prouinciae cineribus uisis reuertit Romanumque ut desidem increpans/ relaturum se cuncta uerissime, quae uiderat, minabatur ad principem. atque ille ira percitus et dolore se quoque mox referre firmauit, quod missus ut notarius incorruptus donatiuum militis omne in quaestus auerterit proprios. 20 qua gratia flagitiorum arbitra conscientia cum 25 Romano deinde Palladius concordabat reuersusque ad comitatum / arte mendaciorum impia Valentinianum fefellerat Tripolitanos frustra queri commemorans. ideoque rursus ad Africam cum Iouino postremo omnium legatorum remittitur – Pancratius enim decesserat apud Treueros –, ut cum uicario ipse merita legationis quoque secundae

2 propriaś (*lac. 4 litt. in fin. us.*) V propria E*A G* propriaś sedes *dubit. Cl. in app. aliquid excidisse putau. Pighi* || 4 mutunt V mittunt E*A G* || 5 quae[2]] quaeque E*A* que *reiec. Blomgren* || 6 cartaginem V | flactianum VE Flaccianum *A G* || 8 periit *A G* || 10 iteneribus♂V | antedici♂V || 12 praestructus V *def. Demandt* praestructurus *Gdt.* praestructis *Harmon* || 14 pertulerant V pertulerat *G* || 16 dictatus V (t *alt. ex* c *m2*) *A* ditatus E*G* | indagmen *ex* indaginen V indaginem E*A G* || 17 erechtium V Erectium E Erechthium *A G* | facundus V facundos E*A G* || 21 uiderant V uiderat E*A G* || 23 questus VE quaestus *A G* || 24 aduerterit V*A* uerterit E auerterit *G* | Va V qua E*A G* | flagitorum ♂V || 25 concortia cum dabat V concordiam commendabat E consortia conciliabat *A* concordabat *G def. C. F. W. M.* || 26 fefelleret V fefellerat E*A G* | tripolitanus V Tripolitanos E*A G* || 27 quaeri V*A* queri E*G* | affricam V || 29 reuersos V Treueros *G*

spectaret; praeter haec linguas Erechthi et Aristomenis praecidi iusserat imperator, quos inuidiosa quaedam locutos idem Palladius intimarat.

21 Secutus, ut statutum est, uicarium notarius uenit ad Tripolim. / hocque comperto Romanus domesticum suum illuc uolucriter misit / 5 et Caecilium consiliarium in ea prouincia genitum, per quos – incertum pretio an fallaciis – circumuenti municipes omnes grauabant Iouinum destinatius asserentes nihil eorum mandasse, quae docuerat principem, eo usque iniquitate grassante, ut ipse quoque Iouinus / ad salutis suae discrimen confiteretur se imperatori mentitum. 10

22 Quibus per Palladium regressum cognitis Valentinianus ad acerbitatem procliuior Iouinum quidem ut auctorem, Caelestinum uero Concordiumque et Lucium ut falsi conscios et participes puniri supplicio capitali praecepit, Ruricium autem praesidem ut mendacem morte multari hoc quoque accedente, quod in relatione eius uerba 15 23 quaedam, ut uisum est, immodica legebantur. ac Ruricius quidem apud Sitifim caesus, reliqui apud Vticam sententiae uicarii Crescentis addicti. Flaccianus tamen ante legatorum interitum, cum a uicario audiretur et comite, constanter saluti suae propugnans acclamationibus iratorum militum impetuque cum conuiciis paene confossus est / 20 obicientium ideo Tripolitanos non potuisse defendi, quod ipsi ad ex- 24 peditionales usus praebere necessaria detrectarunt. et ob haec trusus in carcerem, dum consultus super eo, quid conueniret agi, decerneret imperator, sollicitatis, ut dabatur opinari, custodibus in urbem Romam abierat profugus ibique delitescens fatali lege discessit. 25

25 Hoc memorando fine externis domesticisque cladibus uexata conticuit Tripolis non indefensa, quia uigilauit Iustitiae oculus sempiternus ultimaeque legatorum et praesidis dirae. diu enim postea huiusmodi casus emersit: solutus sacramento Palladius destitutusque fastu,

1 linguas *ex* lingaas **V** | crethi **VE** Erechti *A* (*corr. in pag. 307*) Erechthii *G* | [et aristomenis] **V** || **2** inuidioso **V** inuidiosa **E***G* inuidiose *A* || **4** statuum **V** statutum **E***AG* || **5** domesticus **V** domesticum **E***AG* | uelociter *A* || **6** consiliarum **V** consiliarium **E***AG* || **7** fallatiis **V** | muncipiis *ex* muncipus **V** municipes **E***AG* || **11** *lac. post* regressum *indic. Cl. c. c. reiec. Bae.* iam *add. Her.* | aceruitatem **V** acerbitatem **E***AG* || **13** poniri **V** puniri **E***AG* || **15** mortem **V** morte **E***AG* | quoque *ex* queque **V** | accidente **V***A* accedente **E***G* || **16** at **V** ac *G* || **17** est *post* caesus *add. Cl. reiec. Bickel Blomgren* | sententia **V** ⸤sententiae *Demandt* || **19** propungnans **V** || **20** couitiis **V** conuitiis **E***A* conuiciis *G* || **21** tripolitanus ♂ **V** | expeditionalis **V** expeditionales **E***AG* || **22** usos **V** usus **E***AG* | [ob h]aec **V** || **23** diu **V** dum *G* | conueniret **V** *restituimus* conueniet *Cl. c. c. prob. Bae.* || **24** propinari **VE** opinari *AG* || **25** decessit *G* || **28** ultimeque **V** ultimaeque **E***A* ultricesque *G* || **29** distitutus quae **V** destitutusque **E***AG*

quo tumebat, discessit ad otium. et cum Theodosius, ductor exercitu- 26
um ille magnificus, oppressurus Firmum perniciosa coeptantem uenis-
set in Africam, proscripti Romani rem mobilem, ut iussum est, scruta-
retur, inter chartas eius inuenta est et Meteri cuiusdam epistula id
5 continens „domino patrono Romano Meterius“ et in fine post multa
nihil ad rem pertinentia: „salutat te Palladius proiecticius, qui non
aliam ob causam dicit se esse proiectum, nisi quod in causa Tripolita-
norum apud aures sacras mentitus est.“ his litteris ad comitatum 27
missis et lectis ⌊Valentiniani iussu Meterius raptus suam esse confitetur
10 epistulam ideoque Palladius exhiberi praeceptus cogitans, quas
criminum coxerit moles, in statione primis tenebris obseruata custo-
dum absentia, qui festo die Christiani ritus in ecclesia pernoctabant, /
innodato gutture laquei nexibus interiit. hoc fortunae secundioris 28
indicio plene comperto deletoque tristium concitore turbarum exsilu-
15 erunt Erechthius et Aristomenes e latebris, qui, cum sibi iussas abs-
cidi linguas didicissent ut prodigas, ei ad longe remota declinarunt et
abdita, doctoque super nefanda fraude Gratiano imperatore fidentius /
— Valentinianus enim obierat — ad Hesperium proconsulem et
Flauianum uicarium audiendi sunt missi, quorum aequitas auctori-
20 tate mixta iustissima torto Caecilio aperta confessione cognouit /
ipsum suasisse ciuibus, grauarent mentiendo legatos. haec acta secuta
est relatio gestorum pandens plenissimam fidem, ad quam nihil re-
sponsum est.

Et ne quid coturni terribilis fabulae relinquerent intemptatum, hoc 29
25 quoque post depositum accessit aulaeum. Romanus ad comitatum
profectus secum Caecilium duxit cognitores accusaturum ut inclinatos
in prouinciae partem; isque Merobaudis fauore susceptus necessarios
sibi plures petierat exhiberi. qui cum Mediolanum uenissent frustraque 30

1 exercitum V exercituum E *A G* || [3 et *post* Africam *add. G reiec. Blomgren* | praescripti V proscripti *Kell.* | nobilem *A* || 4 esse VE est *A* est et *G restit. Pet.* | Meterii *G* | epistola V || 6 protecticius V proiecticius *G* || 9 misisset V missis et E*A G* | iussum V iussu E*A G* | confiteretur V*A* confitetur E*G* || 10 epistolam V || 12 ecclesiam V ecclesia E*A G* || 13 innudato V innodato E*A G* | necibus V nexibus E*A G* || 14 iudicio V inditio E*A G* || 15 Erethius VE Erechthius *A G* || 16 prodigas ei a V*A* prodigia E prodigas, ad *G* procaces *Wagn. def. Pet.* prodigas ueri *Hertz* praedictum est *Momms.* (*sed cf. Gell. 29, 1, 8*) prodigas, ei ad *Löfst.* p. cito ad *Her.* p. rei *Walter* p. citi *Meurig-D.* || 20 mixta V *def. Blomgren Meurig-D.* nixa *Lind.* | confusione V confessione E*A G* || 21 *lac. ante* grauarent *indic. Cl.*, suis ut *add. dubit. c. c. in app. reiec. Blomgren* || 26 accussaturum V || 28 peterat V petierat E*A G* | fr*ustra quae (*fu.* a) V

se tractos ob simultates documentis probabilibus ostendissent, absoluti redierunt ad lares. Valentiniano tamen superstite post superiora, quae narrauimus, Remigius quoque digressus ad otium laqueo uitam elisit, ut congruo docebimus loco.

1 obsimulatis V ob simultates *Val. in adn.* adsimulatis *Nov.* || 2 Valentinianum V Valentiniano E *A G* || 3 laqui eo uatam V laqueo uitam E *A G* || 4 AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLIC LIB. XXVIII. INCIPIT LIBER. XXVIIII· V AMIANI· ETC EXPLICIT LIBER XXVIII. INCIPIT XXVIIII. E

LIBER XXIX

1. Theodorus notarius imperium affectat et apud Valentem Antiochiae accusatus maiestatis conuictusque cum plurimis criminis consciis interficitur.
2. Multi in oriente ueneficiorum et aliorum criminum rei delati damnatique, pars iure, pars iniuria iugulantur.
3. In occidentis tractibus uaria Valentiniani Augusti saeuitiae et efferatae crudelitatis exempla.
4. Valentinianus Augustus Rhenum nauali ponte transgressus culpa militis Macrianum Alamannorum regem incautum capere non potuit.
5. Theodosius, magister equitum per Gallias, Firmum Maurum, Nubelis reguli filium, qui a Valentiniano desciuerat, multis proeliis atterit ac demum eo ad uoluntariam mortem compulso pacem Africae reddit.
6. Quadi nefaria Gabinii regis sui caede incitati Pannonias et Valeriam igni et ferro cum Sarmatis uastant et legiones duas paene totas delent. de Claudii praefectura urbana.

Exacta hieme rex Persarum gentium Sapor pugnarum fiducia 1
pristinarum immaniter arrogans suppleto numero suorum abundeque
firmato erupturos in nostra catafractos et sagittarios et conductam
misit plebem. contra has copias Traianus comes et Vadomarius ex 2
5 rege Alamannorum cum agminibus perrexere perualidis hoc obser-
uare principis iussu appositi, ut arcerent potiusquam lacesserent Per-
sas. qui cum uenissent Vagabanta, legionibus habilem locum, rapi- 3
dos turmarum procursus hostilium in se ruentium acriter exceperunt
inuiti operaque consulta retrocedentes, ne ferro uiolarent aduersorum
10 quemquam primi et iudicarentur discissi foederis rei, ultima trudente
necessitate congressi sunt confossisque multis discessere uictores. /
inter moras tamen utrimque secus temptatis aliquotiens leuibus proe- 4
liis uarioque finitis euentu pactis indutiis ex consensu aestateque

1 gentior *ex* gentium (*m2*) **V** gentium **E***A* *restit. Pet.* gentis *G* senior *Her.* ingentior *dubit. Cl. in app.* || 3 nostro **V** n̄r̄ōs̄ **E** nostra *AG* | sagictarios ♂ **V** || 4 misit **V** *restituimus* miserat *Cl. c. c.* plebem misit conductam *uel* conducticiam m. p. *Harmon c. c.* | traganus **V** Traianus *G* || 5 Alemannorum *G* || 6 arderent **V** arcerent **E***AG* | lacesserant **V** lacesserent **E***AG* || 7 nabilem **V** nobilem **E***AG* habilem *Val.* (**W***m2*) || 9 oraque **V** operaque *G* | retrucidentes **V** retrucidantes **E***A* retrocedentes *G* | forro ♂ **V** || 10 tradente **V***A* trudente **E***G* || 11 recessitate **V** necessitate **E***AG* | confossique **V** confossisque **E***AG* || 13 induciis **V**

consumpta partium discessere ductores etiamtum discordes. et rex
quidem Parthus hiemem Ctesiphonte acturus redit ad sedes et
Antiochiam imperator Romanus ingressus. qui dum ibi moratur, /
securus interim hostium externorum intestinis paene perierat fraudi-
bus, ut aperiet series delata gestorum. 5

5 Procopius quidam, inquies homo, turbarum cupiditati semper ad-
dictus, Anatolium detulerat et Spudasium palatinos exigi, quae de
aerario interceperant, iussos insidiari comiti Fortunatiano, molesto
illi flagitatori. qui animi asperitate confestim ad insanum percitus
modum pro potestatis auctoritate, quam regebat, Palladium quen- 10
dam obscurissime natum ut ueneficum a memoratis conductum et
Heliodorum, fatorum per genituras interpretem, adigendos prodere,
6 quae scirent, praetorianae iudicio tradidit praefecturae. cumque ad
facti uel temptati quaestionem acrius ueniretur, exclamabat Palla-
dius confidenter leuia esse haec, de quibus agitur, et praetereunda; / 15
alia se, si licuerit dicere, monstraturum metuenda et potiora, quae
ingenti molimine iam praestructa, nisi prospectum fuerit, uniuersa
confundent. iussusque docere fidenter, quae norat, rudentem expli-
cuit immensum affirmans Fidustium praesidalem et cum Irenaeo
Pergamium nomen imperaturi post Valentem detestandis praesagiis 20
7 didicisse secretim. et correptus Fidustius ilico – namque aderat
forte – occulteque inductus uiso indice nulla infitiatione obumbrare
iam publicata conatus rei totius calamitosum aperit textum absolute
confessus se cum Hilario et Patricio uaticinandi peritis, quorum
Hilarius militauerat in palatio, de imperio consuluisse futuro motas- 25
que secretis artibus sortes et nuncupationem principis optimi et ipsis
8 consultoribus luctuosos exitus praedixisse. atque cunctantibus, quis-

2 hiemen **V** | tesifonte **VE** Ctesiphonte *AG* | rediit **E***G* || 5 apeririet (i *alt. add. m2*) **V** appareret **E** aperiet **E***m2* (*in marg.*) *AG* | dalata (a *pr. ex* i *m2*) **V** delata **E***A* *def. Meurig-D.* dilata *G* dilatata *Reines.* declarata *Pet.* || 6 quidem **VE***A* quidam **E***m2G* || 7 natolium **V** Anatolium *G* || 9 quia nimi **V** qui nimia **E** qui animi *A* qui a nimia *G* || 10 pestatis **V** potestatis **E***AG* || 11 beneficum **VE** ueneficum *AG* || 14 exclamat *G* || 15 haec esse *tr. G* | et] atque *Harmon c. c.* || 16 aliaresillicuerat **V** alias res si licuerit (res *del. m2*) **E** alia si l. *A* a. se, si l. *G* | metuendae **V** metuenda et *G* | quam **V** quae **E***m2AG* || 18 fidem terque **V** fidenter quae **E***AG* | explicauit *Nov. c. c.* || 19 inmensem **V** immensum **E***AG* | praesidialem **E***A* | hereneo **V***A* hireneo **E** Irenaeo *G* || 20 imperatori **VE** Imperatoris *A* imperaturi *G* | destandis **V** detestandis **E***AG* || 22 occultoque **V** occulteque *G* | indice uiso *tr. Cl. c. c. in app. reiec. Bae.* || 24 et *add. Val. reiec. Blomgren* | uaticinandis **V** uaticinandique **E***A* uaticinandi *G* | peritos *G* || 27 luctuosas **V** luctuosos **E***AG*

nam ea tempestate omnibus uigore animi antistaret, uisus est aliis
excellere Theodorus secundum inter notarios adeptus iam gradum. /
et erat re uera ita ut opinati sunt. namque antiquitus claro genere in
Galliis natus et liberaliter educatus a primis pueritiae rudimentis /
5 modestia, prudentia, humanitate, gratia, litteris ornatissimus semper
officio locoque, quem retinebat, superior uidebatur altis humilibusque
iuxta acceptus. solusque paene omnium erat, cuius linguam non
infrenem, sed dispicientem, quae loqueretur, nullius claudebat peri-
culi metus. his addebat idem Fidustius excarnificatus iam ad inter- 9
10 itum omnia, quae praedixit, se indicante Theodorum per Euserium
didicisse, uirum praestabilem scientia litterarum abundeque hono-
ratum; Asiam quippe paulo ante rexerat pro praefectis. quo in 10
custodia condito gestorumque uolumine imperatori recitato de more /
prodigiosa feritas in modum ardentissimae facis fusius uagabatur /
15 elata turpi adulatione multorum maximeque omnium praefecti prae-
torio tunc Modesti. qui dum formidine successoris agitaretur in dies, / 11
obumbratis blanditiarum concinnitatibus cauillando Valentem, sub-
rusticum hominem, sibi uarie commulcebat horridula eius uerba et
rudia flosculos Tullianos appellans et ad extollendam eius uanitiem /
20 sidera quoque, si iussisset, exhiberi posse promittens.

Igitur et Theodorus a Constantinopoli, quam ex negotio familiari 12
petierat, rapi celeri iubetur effectu et, dum ille reducitur, ex prae-
iudiciis uariis, quae diebus exercebantur et noctibus, plures a disiunc-
tissimis regionibus trahebantur dignitatibus et nobilitate conspicui. /
25 cumque nec carceres publici iam distenti inclusorum cateruas nec 13
priuata domicilia sustinerent constipatione uaporata confertas, quon-
iam uinculis maxima pars eorum attinebatur, et suam et proximi
cuiusque uicem omnes horrebant. aduenit aliquando tamen ipse quo- 14

1 animanti staret V animi antistaret E*A* (ante-) *G* || 2 theodoris V Theodo-
rus E*AG* || 3. 4 ingalliis natus ingalliis natus (i. n. *pr. del.*) V || 7 linguam (u *ex*
ai) V || 9 idem V *def. Blomgren* fidem *Cl.* || 10 indicantem VE indicante E*m2*
AG | enserium VE Euserium *AG* Eusemum *Reines.* Eucaerium *Val. in adn.*
Eucherium *Her.* || 11 prestabili V praestabilem *Corn.* || 12. 13 [prope fectis qui
in custo]dia V propraefectus / qui in custodia E P., quo in c. *A* pro praefectis.
Quo in c. *G* || 15 relata V elata *G* | adulationem V adulatione E*AG* || 17 con-
cinnantibus V concinnationibus E concinnitatibus *AG* || 19 tullianus V Tulli-
anos E*AG* || 20 premittens V promittens E*AG* || 21 constinopoli ♂ V || 25 ne-
carceres V nec c. E*AG* | destenti V distenti E*AG* | iam cateruas V*AG* iam
om. E *del. Pet. Nov. Harmon* || 26 quam VE qua E*m2* quia *A* quoniam *G* ||
28 cuiusque *om. G* | at uenit VE Aduenit *AG* | tamem ♂ V

que Theodorus praemortuus et atratus, quo in deuia territorii parte abscondito paratis omnibus, quae indagines futurae poscebant, internarum cladum litui iam sonabant.

15 Et quia fallere non minus uidetur, qui gesta praeterit sciens, quam ille, qui numquam facta fingit, non abnuimus – neque enim ambi- 5 gitur – salutem Valentis et antea saepius per occultas coitiones et tunc in extrema demersam ferrumque ad iugulum eius prope adactum a militaribus fato reflectente depulsum, quem lacrimosis in Thracia 16 discriminibus destinarat. namque et in nemoroso quodam inter Antiochiam et Seleuciam loco leni quiete post meridiem consopitus a Sal- 10 lustio tunc scutario et saepe alias appetitus insidiantibus multis uitae termi nis a primigenio ortu ascriptis ausa immania frenantibus euade- 17 bat. ut sub principibus Commodo et Seuero nonnumquam accidebat, / quo rum summa ui salus crebro oppugnabatur adeo, ut post intestina pericula multa et uaria alter in amphitheatrali cauea, cum affuturus 15 spectaculis introiret, a Quintiano senatore, illicitae cupidinis homine, / ad debilitatem paene pugione uulneraretur, alter inopinabili impetu / tempore aetatis extremo a Saturnino centurione consilio Plautiani praefecti in cubiculo iacens confoderetur, ni tulisset suppetias filius 18 adolescens. quocirca etiam Valens erat uenia dignus uitam, quam 20 ereptum ire perfidi properabant, omni cautela defendens. sed inexpiabile illud erat, quod regaliter turgidus pari eodemque iure nihil inter se distantibus meritis nocentes innocentesque maligna insectatione uolucriter perurgebat, ut, dum adhuc dubitaretur de crimine, / imperatore non dubitante de poena damnatos se quidam prius dis- 25 19 cerent quam suspectos. adolescebat autem obstinatum eius propositum admouente stimulos auaritia et sua et eorum, qui tunc in regia uersabantur, nouos hiatus aperientium et, si qua humanitatis fuisset

1 adratus **VE** atratus *AG* | parte territorii *tr. G* || 3 cladium **E** *A* || 5 confingit *Nov. c. c. reiec. Bae. Blomgren* || 7 tunt ♂ **V** | iulum **V** *corr. m3* | addictum **V** adactum *G* || 8 fatore fectende **V** fato reflectente **E** *A* f. reluctante *G* || 10 a] ac *Pet. reiec. Blomgren* || 11 tunt ♂ **V** | adpetenter **V** *restit. Pet. def. Blomgren* appetitus *G* a., latenter *Her.* || 13. 14 nonnumquam acceptum accidebat tem octauianum exprocon (*lac.* $2^1/_3$ *uss.*) (*cf. 29, 3, 4 – 29, 5, 39 quatern. archetypi traiect.*) **V** n. a. a. item O. ex proconsule (*lac. 2 uss.*) (*29, 3, 4 – 29, 5, 39 ut* **V**) **E** (*post* oppugnabatur: hic defic. multum *m2 in marg.*) *A* (*lac. 1 us.*) nonnumquam accidebat. Quorum summa *G ordine restituto* || 15 alteri (i *ex* a *m2*) nam a[m]fi-[dre]*atrali (-am *pr. del. m3*) **V** alter in amphitheatrali **E** *AG* || 16 quintiniano **V** *A* Quintiano **E** *G* | cupidinis (d *ex* n) **V** || 17 a **V** ad **E** *AG* || 18 pautiani **V** Plautiani *G* || 21 [pe]rfidi **V** | omnis **V** omni **E** *AG* || 24 et **V** ut *Lind.* | cum *Ehrismann reiec. Opitz* || 26 suspectus **VE** suspectos *AG* || 27 stimolus **V** stimulos **E** *AG* || 28 uastabantur **V** uersabantur **E** *AG* | hiatos **V** hiatus **E** *AG*

mentio rara, hanc appellantium tarditatem; qui cruentis adulationi-
bus institutum hominis mortem in acie linguae portantis ad partem
pessimam deprauantes omnia turbine intempestiuo perflabant euer-
sum ire funditus domus opulentissimas festinantes. erat enim exposi- 20
5 tus accessu insidiantium et reclusus uitio gemino perniciose implicitus, /
quod intoleranter irascebatur tunc magis, cum eum puderet irasci, /
et quae facilitate priuati opertis susurris audierat, an uera essent,
excutere tumore principis supersidens pro ueris accipiebat et certis. /
inde factum est, ut clementiae specie penatibus multi protruderentur 21
10 insontes praeceps in exsilium acti, quorum in aerario bona coacta /
et ipse ad quaestus proprios redigebat, ut damnati cibo precario uicti-
tarent angustiis formidandae paupertatis attriti, cuius metu uel in
mare nos ire praecipites suadet Theognis poeta uetus et prudens. quae 22
etiam si recta fuisse concesserit quisquam, erat tamen ipsa nimietas
15 odiosa. unde animaduersum est recte hoc definitum nullam esse
crudeliorem sententiam ea, quae est, cum parcere uidetur, asperior.

Igitur cum praefecto praetorio summatibus quaesitis in unum, / 23
quibus cognitiones commissae sunt, intenduntur eculei, expediuntur
pondera plumbea cum fidiculis et uerberibus, resultabant omnia
20 truculentae uocis horroribus inter catenarum sonitus „tene claude
comprime abde“ ministris officiorum tristium clamitantibus. et quon- 24
iam addici post cruciabiles poenas uidimus multos ut in tenebrosis
rebus confusione cuncta miscente summatim, quia nos penitissima
gestorum memoria fugit, quae recolere possumus, expeditius ab-
25 soluemus.

Primo intro uocatus post interrogatiunculas leues Pergamius a Pal- 25
ladio, ut dictum est, proditus quaedam imprecationibus praescisse
nefariis, sicut erat impendio eloquentior et in uerba periculosa pro-

2 morte eminacie **V** mortem in acie **E***AG* | lingae ♂ **V** | pertantis *ex* pertantes (*m2*) **V** portantis **E***AG* ‖ 3 perflauante uersum **V** perflante u. **E***A* perflabant, euersum *G* ‖ 4 oppulentissimas **V** ‖ 5 pernitiose **V** ‖ 6. 7 irasci — susurris *add.* **V***m2 in marg.* ‖ 7 tacilitate **V***m2* taciturnitate **E***A* facilitate *G* | apertis **E***A* ‖ 9 protuderentur **V** protruderentur **E***m2AG* ‖ 10 aerarium *Val. C. F. W. M.* ‖ 11 questus **VE** quaestus *AG* | redigebatur **V** redigebat *G* ‖ 13 praecipitas ♂ **V** ‖ 15 obdiosa **V** odiosa **E***AG* | anima aduersum **V** animaduersum **E***AG* ‖ 16 que ♂ **V** | con **V** cum **E***AG* ‖ 17 quaesitim munum **V** que in unum coactis **E** quaesitis in unum *AG* ‖ 18 interduntur **V** intercluduntur **E***A* intenduntur *G* ‖ 19 uelueribus **V** uerberibus **E***AG* ‖ 20 somtus **V** sonitus **E***AG* ‖ 20. 21 tene — abde *om.* **E** ‖ 21 adde *Momms.* (*cf. Liv. 26, 16, 3*) obde *Her.* (*cf. Prud. Perist. 5, 95*) | qm̄ **VE** quoniam *AG* ‖ 22 addi **VE***A* abdi **E***m2 Momms.* addici *G* ‖ 26 uocatu **V***G* uocatur **E***A* uocatus *C. F. W. M.* (**W***m2*) | interrogat iungulas **V** i. ungulas **E** interrogatiunculas *AG* ‖ 27 dictus **V** dictum **E***AG*

iectus, inter ambigentes iudices, quid prius quaeri debeat quidue posterius, dicere audacter exorsus multa hominum milia quasi consciorum sine fine strependo fundebat modo non ab extremo Atlante / magnorum criminum arguendos poscens aliquos exhiberi. quo ut consarcinante nimis ardua morte multato aliisque gregatim post illum 5 occisis ad ipsius Theodori causam quasi ad Olympici certaminis

26 puluerem peruenitur. eodem die inter complura alia hoc quoque uenerat triste, quod Salia, thesaurorum paulo ante per Thracias comes, cum de uinculis educitur audiendus et calceo inserit pedem, / quasi ruina incidentis immensi terroris repente perculsus animam inter 10 retinentium manus efflauit.

27 Constituto itaque iudicio et cognitoribus praescripta ostentantibus legum, sed ex uoluntate dominantis moderantibus momenta causarum horror peruaserat uniuersos. totus enim deuius ab aequitate dilapsus iamque eruditior ad laedendum in modum arenariae ferae, / 15 si admotus quisquam fabricae diffugisset, ad ultimam rabiem saeuiebat.

28 Inducti itaque Patricius et Hilarius ordinemque replicare iussi gestorum, cum inter exordia uariarent, fodicatis lateribus illato tripede, quo utebantur, adacti ad summas angustias aperiunt negotii 20 fidem ab ipsis exordiis replicatam. et prius Hilarius:

29 „Construximus", inquit, „magnifici iudices, ad cortinae similitudinem Delphicae diris auspiciis de laureis uirgulis infaustam hanc mensulam, quam uidetis, et imprecationibus carminum secretorum / choragiisque multis ac diuturnis ritualiter consecratam mouimus 25 tandem; mouendi autem, quotiens super rebus arcanis consulebatur, /

30 erat institutio talis. collocabatur in medio domus emaculatae odoribus Arabicis undique lance rotunda pure superposita ex diuersis metallicis materiis fabrefacta. cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum uiginti quattuor scriptiles formae incisae perite diiungebantur 30

1 debat V debeat E *G* debebat *A* debebit *dubit. Cl. in app.* || 3 sinestrependo *ex* sinestrepido (*m2*) V sine strepitu E s. strependo *A* s. fine st. *G* | aut V ut E *A* ab *G* || 5 arguta *C. F. W. M.* || 6 theodoro ♂ V | odolympico V ad olympicum E ad olympici *A G* ad *del. Nov.* || 8 uenerat V *def. Pet. Pighi* euenerat *G* | saliathos aurorum V S. anatorum E Salia thesaurorum *A G* || 9 dum *Ehrismann reiec. Opitz* || 11 retinentiam V E retinentium *A G* || 12 praescriptis V praescripta *G* || 13 monenta V momenta E *A G* || 14 uniuersis V *A* uniuersos E *G* || 16 rabilem V rabiem E *A G* || 19 tripode E *G* || 21 prior *G* || 22 inquid V || 23 delfice V || 26 archanis V || 28 pure V *def. Miller del. ut dittogr. C. F. W. M.* turi *Momms.* sulpuri *Bickel* || 29 ambitur V ambitu E *A G* || 30 scriptilis V E scriptiles *A G*

spatiis examinate dimensis. ac linteis quidam indumentis amictus / 31
calciatusque itidem linteis soccis torulo capiti circumflexo uerbenas
felicis arboris gestans litato conceptis carminibus numine praescitio-
num auctore caerimoniali scientia supersistit cortinulae sacerdos pen-
5 silem anulum librans aptum ex carpathio filo perquam leui mysticis
disciplinis initiatum. qui per interualla distincta retinentibus singulis
litteris incidens saltuatim heroos efficit uersus interrogationibus
consonos ad numeros et modos plene conclusos, quales leguntur
Pythici uel ex oraculis editi Branchidarum. ibi tum quaerentibus 32
10 nobis, qui praesenti succedet imperio, quoniam omni parte expolitus
fore memorabatur et assiliens anulus duas perstrinxerat syllabas
ΘΕΟ cum adiectione litterae postremae, exclamauit praesentium
quidam Theodorum praescribente fatali necessitate portendi. nec
ultra super negotio est exploratum; satis enim apud nos constabat
15 hunc esse, qui poscebatur.“

Cumque totius rei notitiam ita signate sub oculis iudicum subiecis- 33
set, adiecit beniuole id Theodorum penitus ignorare. post haec inter-
rogati, an ex fide sortium, quas agitabant, ea praescierint, quae sus-
tinerent, uersus illos notissimos ediderunt clare pronuntiantes capi-
20 talem eis hanc operam scrutandi sublimiora cito futuram, nihilo
minus tamen ipsi quoque cum cognitoribus principi caedes incendia-
que flatantes furias imminere. quorum tres ponere sufficiet ultimos:

οὐ μὰν νηποινί γε σὸν ἔσσεται αἷμα καὶ αὐτοῖς
Τισιφόνη βαρύμηνις ἐφοπλίσσει κακὸν οἶτον
25 *ἐν πεδίοισι Μίμαντος ἀγαιομένοιο Ἄρηος.*

1 hac V*A* ac E *C.F.W.M. Corn.* has *G* | quidem *Corn.* || 2 torolo V*A* torulo E*G* | capite V capiti *Val. in adn.* (N*m2*) | berbenas V uerbenas E*AG* || 3 praescitiorum V praescitionum *G def. Georges Langen* praescitorum *Cl.* (N) praesagitionum *Corn.* || 4 cortinules (*lac. 8 litt.*) V cortinuales (*lac. 8 litt.*) E cortinales (*lac. 6 litt.*) *A* cortinulas *G* cortinulis *Val.* (N) *Wagn.* cortinulae sacerdos *Gdt.* sacrae *Her.* sollemniter *Brakman* sinistra *Nov.* sacratae *Wünsch* sulfuratae *Bickel* || 5 artum V*G* sartum E *Val. in adn. Wagn.* sarctum *A* aptum *uel* sartis *Wagn. in comm.* tortum *Günther* | carfathio V charfatio E carphathio *A* carpathio *G* carbasio *Val. in adn.* || 6 initatum V initiatum E*AG* | recinentibus *C.F.W.M. Ellis* || 7 ero os VE heroos *AG* || 8 consonans V consonos *G* || 9 araculis et V oraculis E*AG* || 10 succidet V succederet E succedet *AG* | qm̄ VE quoniam *AG* || 11 et *om. G* || 12 et V *ΘΕΟ Val. in adn.* | postrema V*AG* postremae E *Gdt.* posterae *Her.* || 16 iudicum *ex* sudicum V || 21 ipsis VE ipsi *AG* | incendi atque V incendiaque E (a *del.*) *G* incendia atque *A* || 22 flatantes V *def. Hadr. Val. Her. Hagend. Bae. Blomgren* flagrantes E*A* flagitantes *G* | res V ex- E tres *AG* || 23 *Graeca – hoc om.* (*lac. 2 uss.*) *et adscr. in marg.*: Graeca E | ΟΥΜΑΝΝ ΗΤΙΟ ΙΝΙ ΓΕ ΓΟΝΕϹϹΕΤΑΙ V *ΟΥΜΑΝΝΗΤΙΟΙ-*

34 quibus lectis unguibus male mulcati separantur exanimes. postea ut cogitati sceleris officina pateret aperte, honoratorum inducitur globus uertices ipsos continens rerum. cumque nihil praeter se quisque cernens ruinam suam impelleret super alium, permisso quaesitorum coeptans dicere Theodorus primo in precem uenialem prostratus, dein 5 artius respondere compulsus ostendit se cognita per Euserium, ne ad imperatorem referret, ut conatus est aliquotiens, ab eo prohibitum / asserente non appetitu regni occupandi illicito, sed ratione quadam

35 indeclinabilis fati id, quod sperabatur, ultro uenturum. deinde haec eadem Euserio sub cruenta quaestione confesso confutabant Theo- 10 dorum litterae suae per ambages obliquas ad Hilarium scriptae, quibus spe iam firma concepta ex uatibus de re non cunctabatur, sed tempus patrandae cupidinis quaeritabat.

36 Quibus post haec cognita sequestratis Eutropius Asiam proconsulari tunc obtinens potestate ut factionis conscius arcessitus in crimen / 15 abscessit innocuus Pasiphilo eximente philosopho, qui, ut eum mendacio iniusto peruerteret, crudeliter tortus de statu robustae mentis

37 non potuit deturbari. his accessit philosophus Simonides, adolescens ille quidem, uerum nostra memoria seuerissimus. qui cum audisse negotium per Fidustium deferretur et causam non ex ueritate, sed ex 20 unius nutu pensari sensisset, didicisse se dixit praedicta et commissa pro firmitate animi tacuisse.

38 Quis omnibus perspicaciter inquisitis imperator cognitorum consultationi respondens sub uno proloquio cunctos iubet occidi. et uix sine animorum horrore funestum spectaculum multitudine innumera 25

ΝΙΓΕΓΟΝΕΣΣΕΤΑΙ A οὐ μὴν ἀτίμητόν γε σὸν ἔσσεται G μὰν Val. in adn. νηποινί Hadr. Val. | ΜΜ ΚΑΙΑΥΤ ΟΙC V *ΜΜΚΑΙΑΙΤΟΙΣ A ἄιμα, καὶ αὐτοῖς G* || 24 ΤΙCΙ ΦΩΝΗΒΑ ΡΥΜΗΝΙC V *ΤΙΣΙΦΩΝΗΒΑΡΥΜΗΝΙΣ A τισιφόνη βαρύμηνις G* | ΕΦΟΠ ΑΗCΕΙ V *ΕΦΟΠΑΗΣΕΙ A ἐφοπάσσει G ἐφοπλίσσει Gron. in adn.* || 24. 25 ΚΑΚΟΝΟΙΤΟ ΝΕΝ V *ΚΑΚΟΝΟΙΤΟΝΕΝ A κακὸν οἶτον † ἄντικα ἐν G* || 25 ΠΕΑ ΙΟΙCΙ ΜΜΑΝΤΟ CΑΙΑ ΕΟ ΜΕΝΟΚΑΡ hoc V *ΠΕΑΙΟΙΣΙΜΙΜΑΝΤΟ ΣΑΙΕΟΜΕΝΟΚΑΡΗΟΣ A πεδίοις ἵμμαντος καιομένοις κάρ G πεδίοισι Μίμαντος Lind. ἀγαιομένοιο Ἄρηος Haupt*

1 quibus *ex* quebus (*m2*) V | mulcatis V mulctati E*A* mulcati *G* || 2 honeratorum V honoratorum E*AG* | globi VE globus *AG* || 4 permisso V*AG restit. Pet.* permissa E permissu *Hadr. Val.* || 5 pacem V precem *Val.* | postratus V prostratus E*AG* || 6 actius V altius E*A* coactius *G* artius *Hadr. Val.* (*Cm2*) | recognata V re cognita E*G* se c. *A* | Eusebium E Eucaerium *Val.* | at V ad E*AG* || 7 referre VE referret *AG* || 9 hac V haec *G* || 10 confessione V confesso *G* || 16 parsifilo VE Parsiphilo *A* Pasiphilo *G* || 17 inusto V iniusto *Lind.* | destatur ubiistae V de statu robustae *AG* || 21 pensaris VE pensari *AG* | iussisset VE sciuisset *A* sensisset *G* uidisset *Hadr. Val.* || 23 consultatione V*A* consultationi E*G*

contuente et onerante questibus caelum – namque singulorum mala
omnium esse communia credebantur – ducti uniuersi flebiliter iugu-
lantur praeter Simonidem, quem solum saeuus ille sententiae lator /
efferatus ob constantiam grauem iusserat flammis exuri. qui uitam 39
5 ut dominam fugitans rabidam ridens subitas momentorum ruinas /
immobilis conflagrauit Peregrinum illum imitatus Protea cognomine /
philosophum clarum, qui, cum mundo digredi statuisset, Olympiae
quinquennali certamine sub Graeciae conspectu totius escenso rogo,
quem ipse construxit, flammis absumptus est. et post hunc diebus 40
10 secutis omnium fere ordinum multitudo, quam nominatim recensere
est arduum, in plagas calumniarum coniecta percussorum dexteras
fatigauit tormentis et plumbo et uerberibus ante debilitata sump-
tumque est de quibusdam sine spiramento uel mora supplicium, dum
quaeritur, an sumi deberet, et ut pecudum ubique trucidatio cerne-
15 batur.

Deinde congesti innumeri codices et acerui uoluminum multi sub 41
conspectu iudicum concremati sunt ex domibus eruti uariis ut illiciti /
ad leniendam caesorum inuidiam, cum essent plerique liberalium
disciplinarum indices uariarum et iuris.

20 Neque ita multo post Maximus ille philosophus, uir ingenti nomine 42
doctrinarum, cuius ex uberrimis sermonibus ad scientiam copiosus
Iulianus exstitit imperator, oraculi supra dicti uersus audisse in-
simulatus seque comperisse assensus, sed reticenda professionis con-
sideratione non effudisse, uerum ultro praedixisse consultores ipsos
25 suppliciis poenalibus perituros, Ephesum ad genuinam patriam duc-
tus ibique capite truncatus sensit docente periclo postremo quaesi-
toris iniquitatem omnibus esse criminibus grauiorem. constrictus etiam 43
Diogenes laqueis impiae falsitatis, uir nobili prosapia editus, ingenio,
facundia forti suauitateque praestans, dudum Bithyniae rector, ut
30 opimum patrimonium eius diriperetur, capitali est poena affectus. /
ecce autem Alypius quoque ex uicario Britanniarum, placiditatis 44
homo iucundae, post otiosam et repositam uitam, quoniam huc usque

1 continente **VE** contuente *AG* | quaestibus **V** questibus **E***AG* || 3 saeus **V** saeuus **E***AG* || 5 domina ut **V** dominam **E***AG* || 7 filosofum **V** || 8 grecias **V** Graeciae **E***AG* | excenso **E** ascenso *AG* || 12. 13 sum quees **V** sumptumque est **E***AG* || 14 queritur **E***G* || 20 philophus **V** $\overline{\text{phs}}$ **E** philosophus *AG* || 22 surra **V** supra **E***AG* || 26 capite *om.* *G* | periculo *AG* || 28 prosepiae **V** prosapia **E***AG* | ingenio (i *pr. ex* u) **V** || 29 fortis **V** *def. Blomgren* forensi *G* oris *Corn.* forti *Pet.* | bythiniae **V** | et **V** ut **E***AG* || 31 brittaniorum **V** britanniorum **E** Britanniarum *AG* || 32 uicandae **V** iucundae **E***AG* | q$\overline{\text{m}}$ **VE** quoniam *AG*

iniustitia tetenderat manus, in squalore maximo uolutatus ut uene-
ficus reus citatus est cum Hierocle filio adolescente indolis bonae /
urgente Diogene quodam et uili et solo, ... omnique laniena excruciato,/
ut uerba placentia principi uel potius accersitori loqueretur. quo, cum
poenis non sufficerent membra, uiuo exusto ipse quoque Alypius post 5
multationem bonorum exsulare praeceptus filium miserabiliter duc-
tum ad mortem casu quodam prospero reuocatum excepit.

2 Per id omne tempus Palladius ille, coagulum omnium aerumnarum,/
quem captum a Fortunatiano docuimus primum, ipsa sortis infimitate
ad omnia praeceps clades alias super alias cumulando lacrimis uni- 10
2 uersa perfuderat luctuosis. nanctus enim copiam nominandi sine for-
tunarum distantia, quos uoluisset, ut artibus interdictis imbutos ita
ut ferarum occulta uestigia doctus obseruare uenator multos intra
casses lugubres includebat, quosdam ueneficiorum notitia pollutos, /
3 alios ut appetitoribus imminuendae conscios maiestatis. et ne uel 15
coniugibus maritorum uacaret miserias flere, immittebantur con-
festim, qui signatis domibus inter scrutinia supellectilis patris addicti /
incantamenta quaedam anilia uel ludibriosa subderent amatoria ad
insontium perniciem concinnata. quibus in iudicio recitatis, ubi non
lex, non religio, non aequitas ueritatem a mendaciis dirimebat, inde- 20
fensi bonis ablatis nullo contacti delicto promiscue iuuenes aliique /
4 membris omnibus capti ad supplicia sellis gestatoriis ducebantur. inde
effectum est per orientales prouincias, a domnis metu similium ex-
urerentur libraria omnia: tantus uniuersos inuaserat terror. namque
ut pressius loquar, omnes ea tempestate uelut in Cimmeriis tenebris 25
reptabamus paria conuiuis Siculi Dionysii pauitantes, qui, cum epulis

1 beneficus **VE** ueneficus **E***m2 Cl.* ueneficiis *A* ueneficii *G* || **2** hiero clifio **VE** Hieroglyphio *A* Hierocle filio *G* || **3** ursente **V** urgente **E***AG* | *lac. indic. Her.* | omneque **VE** omnique *AG* || **4** ad **VE** ut *AG* | arcessitori *G* | quocumque **V***A* quecumque **E** quo cum *G* || **7** recepit *G* || **8** perit **V** Periit **E** Per id *AG* || **9** fortunatione **VE** Fortunatiano *AG* | infirmitate **V** infimitate *G* || **11** nominandis in **V** nominandi in **E** n. in- *A* n. sine *G* || **14** cases **V** | beneficiorum **VE** ueneficiorum *AG* | notitiam **V** notitia **E***AG* || **16** miseras **V** miserias **E***AG* || **17** suppellectilis **V** | patris **V** *restit. Pet.* poenis *G* || **18** nec canta menta **V** incantamenta *G* | uel utebriosa **V** uelut ebriosa **E***A* uel ludibriosa *G* || **19** excitatis **V** recitatis *G* lectitatis *Pet.* || **21** nulli **V** nullo *G* | promissae **V***A* (-se) promiscue **E***G* promisce *dubit. Cl. in app.* || **22** supplicium *G* | gestoriis **V** gestatoriis *G* || **23** fectum **V** factum **E***AG* effectum *Cl. def. Blomgren* | adomnis **V** a dominis **E** ad omnis *A* ut omnes *G* ut a dominis *Her.* ut *reiec. Fletcher Blomgren* | metus *A* | exurerent *G* || **25** pressus **V** pressius **E***A* expressius *G* | cimerriis **V** || **26** conuiuiis aculi **V** c. siculi **E** conuiuis S. *AG* | dyonisii **V**

omni tristioribus fame saginarentur, ex summis domorum laquearis, in quibus discumbebant, saetis nexos equinis et occipitiis incumbentes gladios perhorrebant.

Tunc et Bassianus, procerum genere natus, notarius militans inter 5
5 primos quasi praenoscere altiora conatus, licet ipse de qualitate partus uxoris consuluisse firmaret, ambitioso necessitudinum studio, / quibus tegebatur, morte ereptus patrimonio opimo exutus est.

Inter fragores tot ruinarum Heliodorus, tartareus ille malorum 6 omnium cum Palladio fabricator, mathematicus, ut memorat uulgus, /
10 colloquiis ex aula regia praepigneratus abstrusis iam funebres aculeos exsertabat omni humanitatis inuitamento ad prodenda, quae sciret uel fingeret, lacessitus. nam et sollicitius cibo mundissimo fouebatur / 7 et ad largiendum pelicibus merebat aes collaticium graue et incedebat passim ac late os circumferens uultuosum omnibusque formidatum /
15 ea fiducia sublatior, quod ad lupanar, quo, sicut ipse uoluit, liberius uersabatur, cubiculariis officiis praepositus assidue propalam uentitabat elogia parentis publici praeferens futura pluribus luctuosa. per 8 quae eum ut forensium causarum patronum, quid in primis orationis partibus collocaret, ut proficere possit facilius et ualere, quibusue
20 figurarum commentis splendida loca attemptare debeat, praemonebat.

Et quoniam longum est, quae cruciarius ille conflauit, hoc unum 9 edisseram, quam praecipiti confidentia patriciatus columina ipsa pulsauit. qui ex clandestinis, ut dictum est, regiorum confabulationi-
25 bus immaniter arrogans et ipsa uilitate ad facinus omne uenalis egregium illud par consulum, Eusebium et Hypatium, germanos fratres, Constanti principis quondam affines, ad cupidinem altioris fortunae

1 famae VE fame *AG* | sacinarentur V saginarentur E*AG* || 2 saettis V | occupitiis V occipitiis E*AG* || 3 glodios V gladios E*AG* || 4 procero generatus V procerum genere natus *G* praeclaro *Her.* || 8 tractareus VE tartareus *AG* || 11 extabat V excitabat E*AG* exertabat *Hadr. Val.* | prodendi V prodendum E*A* prodenda *G* || 12 pollicitus V*A* pellicibus E illicitus E*m3 in marg.* sollicitius *G* || 13 incidebat V incedebat E*AG* || 14 passima aclateos V passim ac laetos E p. ac late os *A* p. elate os *G* | uultus E | omnibus E*G* | formidatis V formidatus E*AG* formidatum *Her.* (*cf. 14, 11, 23*) || 15 quo] quod E*G* | coluit V uoluit *G* || 16 seruabatur V*AG* uersabatur E *Val. in adn.* || 17 elongia V elogia E*AG* | perferens V praeferens *Lind.* || 17. 18 perque VE*G* per quae *A* || 19 et ualere] Valens *G* || 20 adtemp[tare debeat praemonebat] V attentare d., praemonebatur *G* praemonebat *restit. Momms. Her.* || 22 qm̄ VE quoniam *AG* | longum est V *del. Löfst. reiec. Bae.* explanare *post* longum est *add. Kell.* narrare *Nov.* n. omnia *Cl. Her.* | quae V *del. Löfst.* quod *Gdt.* || 23 ediseram quam quam V edisseram quamquam E*AG* quam *Hadr. Val.* || 24 regionum V regiorum *G* || 25 facimus V facinus E*AG*

erectos et consuluisse et agitasse quaedam super imperio detulit / addens itineri ad mendacium ficte constructo, quod Eusebio etiam
10 principalia indumenta parata sint. quibus haustis auenter fremibundus et minax, cui nihil licere debuerat, quia omnia sibi licere etiam iniusta existimabat, irremisse ab extremis regionum interuallis exhibitis 5 omnibus, quos solutus legibus accusator perduci debere profunda
11 securitate mandarat, suscipi quaestionem criminose praecepit. cumque nodosis coartationibus aequitate diu calcata et nexibili asseueratione perditi nebulonis durante nullam confessionem exprimere tormenta grauia potuissent ablegatosque ab omni huiusmodi conscientia ipsa uiros ostenderet claros, calumniator quidem ita ut antea 10 honorabiliter colebatur, illi uero exsilio et pecuniariis afflicti dispendiis paulo postea reddita sibi multa sunt reuocati dignitatibus integris et splendore.

12 Nec tamen post haec tam paenitenda repressius actum est uel pudenter non reputante alta nimium potestate, quod recte institutis ne 15 cum inimicorum quidem incommodis in delicta conuenit ruere uoluntaria nihilque sit tam deforme quam ad ardua imperii supercilia etiam
13 acerbitatem naturae adiungi. sed Heliodoro incertum morbo an quadam excogitata ui mortuo — nolim dicere: „utinam nec ipsa res loqueretur!" — funus eius per uespillones elatum pullati praecedere 20
14 honorati complures, inter quos et fratres iussi sunt consulares. ibi tunc rectoris imperii caries tota stoliditatis apertius est profanata, qui cum abstinere inconsolabili malo rogaretur obnixe, inflexibilis mansit,/ ut uideretur aures occlusisse ceris quasi scopulos Sirenios transgres- 25
15 surus. superatus tamen precibus destinatis tandem nudatis capitibus / infaustam bustuarii libitinam ad usque sepulchrum incedentes et pedibus, quosdam etiam complicatis articulis praeire mandauit. horret

2 quo V quod E*A G* || 4 omni V omnia E*A G* || 5 externis V extremis *G* | exibitis V*G* exhibitis E*A* || 7 praecipit V*G* praecepit E*A* || 8 iacta V iactata *G def. Češka* calcata *Her.* (*cf. 21, 13, 13*) | et nixi uilia V et uix uili E*A* nixis *G* et nexibili *Lind.* et inflexibili *Corn.* || 11 ueritas *ante* ipsa *add. G* res *Hadr. Val. reiec. Naumann* | daros V claros E*A G* || 12 honerabiliter V | e V et E*A G* || 15 aetum V actum E*A G* || 16 instituti sine VE institutis ne *A G* || 17 delecta V delicta E*A G* || 18 dirum *post* tam *add. A* iniquum *G def. Češka* deforme *Val. in adn.* (*cf. Cic. ad Q. fr. 1, 1, 37*) *def. Bae.* || 19 aceruitatem V acerbitatem E*A G* | quadam] aliqua *G* || 20 noli* (*fu.* n) V nolin E nolui *A* nolim *G* | sero *post* dicere *add. Momms. reiec. Sey.* || 21 funes V funus E*A G* | uis pillonis V uispiliones E uespillones *A G* | polleati V palliati E*A* pullati *G* | procedere VE processere *A* praecedere *G* || 22 effrater V et fratres E*A G* | consularos V consulares E*A G* || 24 ineosolabili VE inconsolabili *A G* || 25 occlusise V | scopulos (c *ex* t) V | syrenum E Syrenios *A* sireneos *G* || 27 bustuari V bustuarii E*A G* | incidentes V incedentes E*A G* | et *add. Val.*

nunc reminisci, quo iustitio humilitati tot rerum apices uisebantur /
et praecipue consulares post scipiones et trabeas et fastorum monu-
menta mundana. inter quos omnes adolescentia et uirtutum pulchri- 16
tudine commendabilis noster Hypatius praeeminebat, uir quieti placi-
5 dique consilii, honestatem lenium morum uelut ad perpendiculum
librans, qui et maiorum claritudini gloriae fuit et ipse posteritatem
mirandis actibus praefecturae geminae decorauit.

Accesserat hoc quoque eodem tempore ad Valentis ceteras laudes, / 17
quod, cum in aliis ita saeuiret infeste, ut poenarum maiores aegre
10 ferret finiri cum morte dolores, Numerium tribunum, malitia quen-
dam exsuperantem, isdem diebus conuictum confessumque, quod
exsecto uiuae mulieris uentre atque intempestiuo partu extracto in-
fernis manibus excitis de permutatione imperii consulere ausus est,
familiaritatis contuitu ordine omni mussante abire iussit illaesum /
15 salutem et inuidendas opes et militiae statum integrum retenturum.

O praeclara informatio doctrinarum munere caelesti indulta felici- 18
bus, quae uel uitiosas naturas saepe excoluisti! quanta in illa caligine
temporum correxisses, si Valenti scire per te licuisset nihil aliud esse
imperium, ut sapientes definiunt, nisi curam salutis alienae bonique
20 esse moderatoris restringere potestatem, resistere cupiditati omnium
rerum et implacabilibus iracundiis nosseque, ut Caesar dictator aie-
bat, miserum esse instrumentum senectuti recordationem crudelitatis/
ideoque de uita et spiritu hominis, qui pars mundi est et animantium
numerum complet, laturum sententiam diu multumque cunctari
25 oportere nec praecipiti studio, ubi irreuocabile factum est, agitari, /
ut exemplum est illud antiquitati admodum notum. apud pro- 19
consulem Asiae Dolabellam Smyrnaea mulier subolem propriam et

1 nunc **V** **E** *G def. Bae. Fletcher* animus *A Btl.* mens *Cl.* | reminiscit **V** reminisci **E** *A G* | qua iustitia *G* | humiliati *A G* || 2 traueas **V** trabeas **E** *A G* || 3 aduliscentiae **V** adolescentiae **E** *A* adulescentia et *G* ex a. *Wagn.* ab a. *Nov.* ab aduliscentiae rudimentis *Her.* (*cf.* *27, 9, 8*) || 5 perpeniculum **V** perpendiculum **E** *A G* || 6 posteritate **V** posteritatem **E** *A G* || 9 maturis (*lac. 7 litt.*) **V** moras aegre *G* atrocitatem a. *Val. in adn.* maturissimum a. *Günther* maturius uim prae se *Brakman* maiores aegre *Her.* maturius indigne *Walter* || 10 dolens. Num̄ **V** doloris Numium **E** dolens, N. *A* Pollentianum *G* dolores Numerium (*uel* Numenium) *Her.* || 11 et superantem **V** exsuperantem **E** *A G* | hisdem **V** **E** iisdem *A G* || 14 familiaritateeis **V** familiaritatis eius **E** *G* familiaritate e. *A* familiaritatis *Val. in adn.* | intuitu *G* | musante **V** || 17 exculuisti **V** excoluisti **E** *A G* || 18 correxisse **V** correxisses **E** *A G* | ualentis **V** **E** Valenti **E***m2* *A G* || 20 omnem **V** omnium **E** *A G* || 24 latorum **V** latorem **E** laturum *A G* | sententiae **E** || 25 oporere *G* | inreuocabulum **V** irreuocabile **E** *A G* || 27 dolabellamyrna (*lac. 11 litt.*) **V** **E** Dolabellam Smyrnaea sobolem *A* D. S. materfamilias filium *G* mulier subolem *Her.* (*cf. Gell. 12, 7, 1*) | proprium *G*

maritum uenenis necasse confessa, quod filium e matrimonio priore susceptum occiderint, et comperendinata, cum consilium, ad quod res ex more delata est, anceps, quid inter ultionem et scelus statui debeat, haesitaret, ad Areopagitas missa est, Athenienses iudices tristiores, / quorum aequitas deorum quoque iurgia dicitur distinxisse. hi causa (5) cognita centesimo post anno cum accusatore mulierem adesse iusserunt, ne aut absoluerent ueneficam aut ultrix necessitudinum puniretur. ita numquam tardum existimatur, quod est omnium ultimum.

(20) Post commissa iniquitatibus uariis ante dicta et impressas foede corporibus liberis, quae superuixerant, notas inconiuus Iustitiae (10) oculus, arbiter et uindex perpetuus rerum, uigilauit attente. namque caesorum ultimae dirae perpetuum numen ratione querellarum iustissima commouentes Bellonae accenderant faces, ut fides oraculi firmaretur, quod nihil impune praedixerat perpetrari.

(21) Dum haec, quae supra digesta sunt, Antiochiae Parthico fragore (15) cessante per intestinas dilatantur aerumnas, coetus furiarum horrificus post inconuolutos multiplices casus ab eadem urbe digressus / ceruicibus Asiae totius insedit hoc modo. Festus quidam Tridentinus (22) ultimi sanguinis et ignoti, in nexum germanitatis a Maximino dilectus / ut sodalis et contogatus, decernentibus fatis ad orientem transgressus (20) est ibique administrata Syria magisterioque memoriae peracto bona lenitudinis et reuerentiae reliquit exempla, unde regere Asiam proconsulari potestate exorsus uelificatione tranquilla, ut aiunt, fere- (23) batur ad gloriam. audiens autem Maximinum optimo cuique exitialem/ obtrectabat subinde actibus eius ut perniciosis et foedis. sed cum (25) impie peremptorum exsequiis suffragantibus ad praefecturam uenisse

1 mari **VE** maritum *AG* || 1. 2 eeo (*del.*) arimonio (*add. sup. lin.*, ari- *ex* ali- *m2*) et conperendinata cum consilium **V** alimonio et c. c. c. **E** ex alio marito ab eis comperit necatum. *A* ex priore uiro ab eis occisum comperisset, et comperendinata, cum consilium *G* ex alio matrimonio ab eis occisum conperisset et c. c. c. *Gdt.* e matrimonio priore susceptum occiderint et c. c. c. *Her.* || 2 rex **V** *om.* **E***G* res *A* || 3 dilata **V***AG* delata **E** || 4 areo pagites **V** Areopagitas **E***AG* || 6 aegustatore **V** accusatore **V***m3 in marg.* **E***AG* || 7 beneficum **VE** ueneficam *AG* ueneficium *Val. in adn.* (N) (*cf. Gell.*) || 9 inpressus fide **V** impressas foede *G* || 10 inconuiuus **V** in conuiuiis **E** inconniuens *AG* inconiuus *Eyss.* || 11 uigilanti **V** uigilauit *G* || 12 ultrices *G* | perpetium *G* | numeratione **V** numen ratione *Hadr. Val.* || 13 commouente *G* | bello ne accederant **V** Bellonae accenderant **E***AG* | ut *add.* **E***AG* || 17 inconuolutos **V** *def. Löfst. Bae.* conuolutos *Pet.* (*cf. 14, 11, 26*) || 18 festinus ♂ **V** Festinus *G Seeck* || 19 innoti **V***G* ignoti **E***A* || 20 discernentibus **V***A* decernentibus **E***G* || 22 reuerentia **V** reuerentiae **E***AG* reuerenda *Nov.* clementiae *Corn.* | reliquid **V** || 23 potestati **V** potestate **E***AG* || 24 maximum **V** Maximinum **E***AG* || 25 pernitiosus **V** perniciosis **E***AG* || 26 exsequis **V** exsequiis **E***AG*

hominem comperisset immeritum, exarsit ad agenda sperandaque similia et histrionis ritu mutata repente persona studio nocendi concepto incedebat oculis intentis ac diris praefecturam autumans affore prope diem, si ipse quoque se contaminasset insontium poenis. et 24
5 quamquam sint multa et uaria, quae, ut leuius interpretemur, egit asperrime, pauca tamen dici sufficiet, quae sunt nota peruulgata, ad aemulationem eorum commissa, quae facta sunt Romae. ratio enim eadem est ubique recte secusue gestorum, etiam si magnitudo sit dissimilis rerum. philosophum quendam Coeranium, haud exilis me- 25
10 riti uirum, ea causa tormentorum immanitate mulcatum occidit, / quod ad coniugem suam familiariter scribens id sermone addiderat Graeco: *σὺ δὲ νόει καὶ στέφε τὴν πύλην*, quod dici prouerbialiter solet, / ut audiens altius aliquid agendum agnoscat. anum quandam simplicem interuallatis febribus mederi leni carmine consuetam occidit ut 26
15 noxiam, postquam filiam suam ipso conscio curauit ascita. in chartis 27 cuiusdam municipis clari scrutari ex negotio iussis genitura Valentis cuiusdam inuenta est repellensque calumnias is, cuius intererat, cum obiectaretur ei, quam ob rem constellationem principis collegisset, / fratrem suum fuisse Valentem dudumque obisse documentorum plena
20 fide monstrare pollicitus inexspectato ueritatis indicio laniatis lateribus trucidatus est.

Visus adolescens in balneis admouere marmori manus utriusque 28 digitos alternatim et pectori septemque uocales litteras numerasse ad

1 sperandoque **VE** sperandaque *AG* || 3 ridis **V** rigidis **E***AG* diris *Her. prob. Bae.* | praefecturum **V** praefecturam **E***m2 AG* || 4 die **V** diem **E***AG* | ipse quoque si **V** i. q. se **E***A* se *G* | incontium **V** insontium **E***AG* || 5 leuius **V** *def. Fletcher Löfst.* lenius *Günther* || 6 pauci **V** pauca **E***AG def. Blomgren* | nota peruulgati **V** n. peruulgata **E** n. peruulgataque *A* n. ac peruulgata *G def. Hagend. c. c.* ac *reiec. Blomgren* nota *del. ut gloss. Pet.* e nota peruulgata *Her.* || 7 aemulatione **V** aemulationem **E***AG* || 8 ubi **VE** ibi *AG* ubique *Lind. Haupt* | desit **V** sit *Kell. Haupt* || 9 coheraneum **V***A* coerraneum **E** Coeranium *G* || 10 inmanitatem ultum **V***A* inmanitate inultum **E***G* mulcatum *C. F. W. M.* multa *Haupt* ultima *Corn.* multatum *Pet.* inuictum *Her.* || 11 ad sermone **V** ad sermonem **E** sermonem *A* id sermone *G* id *del. Nov.* || 12 graece *A* | COIΛΘΝΟΘ IKΛI CTЄ ΦЄTHNTYΛHN **V** *Graeca om.* **E** *ΣΟΙΛΘΝΟΘΙΚΛΙΣΤΕΦΕΤΗΝΤΙΛΗΝ A σὺ δὲ νόει καὶ στέφε τὴν τύλην G σοὶ restit. Pet. πύλην Casaubon. Haupt* | prouerbiliter **V** prouerbialiter **E***AG* || 13 agensum ♂ **V** || 15 curabit **V** curauit **E***AG* | ascita **V** *def. Pet.* accita *G* || 16 cuius dato **V** cuiusdam **E***AG* | scutari **V** scrutari **E***AG* || 17 calumniosis **V** calumnias **E** c. is *AG* || 18 obiextaretur **V** obiectaretur **E***AG* || 19 obiisse *AG* | decumentorum **V** documentorum **E***AG* || 20 pollicito **V** pollicitus *G* | laniatis lacer **V** laniatus ac **E** l., lacer *AG* laniatis lateribus *Kell.* laniatibus lacer *Pet.* || 21 est *om.* **E** || 22 admonere (n *ex* u) **V** admouere **E***AG* || 23 pectoris **V***A* pectori **E***G* | septem quoales **V** s. uocales **E***A* septemque u. *G*

stomachi remedium prodesse id arbitratus in iudicium tractus percussus est gladio post tormenta.

8 Hic et mihi uertenti stilum in Gallias confunditur ordo seriesque gestorum inter multa et saeua Maximinum repperiens iam praefectum, / qui potestate late diffusa scaeuum imperatori accesserat incentiuum / 5 maiestati fortunae miscenti licentiam grauem. quisquis igitur dicta considerat, perpendat etiam cetera, quae tacentur, ueniam daturus ut prudens, si non cuncta complectimur, quae consiliorum prauitas 2 crimina in maius exaggerando commisit. adolescente enim acerbitate / rationum inimica rectarum trux suopte ingenio Valentinianus post 10 eiusdem Maximini aduentum nec meliora monente ullo nec retentante/ per asperos actus uelut aestu quodam fluctuum ferebatur et procellarum adeo, ut irascentis saepe uox et uultus, incessus mutaretur et color. quam rem indicia uaria testantur et certa, e quibus pauca sufficiet poni. 15

3 Adultus quidam ex his, quos paedagogianos appellant, ad obseruandam uenaticiam praedam Spartanum canem retinere dispositus / ante praedictum tempus absoluit assultu eius euadere conantis appetitus et morsu ideoque necatus ad exitium fustibus eadem humatus 4 est die. praepositum fabricae oblato thorace polito faberrime prae- 20 miumque ideo exspectantem ea re praecepit occidi ira praecipiti, / quod pondus paulo minus habuit species ferrea, quam ille firmarat. / Epiroten aliquem ritus Christiani presbyterum acceptum Octauiano… ex proconsule … offensarum auctore licet tardius redire ad sua per- 5 misso. Constantianus strator paucos militares equos ex his ausus mu- 25

1 perculsus **V** percussus *G* || **3** his **V** *A G* his explicatis **E** hic *Madv.* hinc (et *om.*) *Günther* | uertendi **V** *A* uertendus **E** uertenti *G* | stilus **E** || **4** profectum **V** *A* praefectum **E** *G* || **5** potestatem **V** potestates **E** potestate *A G* | diffusas ceuum **V** d. unum **E** diffusa saeuum *A G* scaeuum *def. Günther Brakman* || **7** quaetam centur **V** quae tacentur **E** *A G* || **8** si con **V** si **E** *A* si non *G* || **9** exagi gerando **V** exaggerando **E** *A G* | aceruitate ♂ **V** || **11** maximiani **V** Maximini **E** *A G* || **12** aesto **V** aestu **E** *A G* || **13** ini rascentis **V** irascentis **E** *A G* | et *ante* incessus *add. G reiec. Blomgren* | mataretur **V** *corr. m3* || **14** certae **V** e (et *om.*) **E** certa, è *A G* || **17** sanum **V** canem **E** *A G* || **20** ablato **V** **E** oblato *A G* | thoroce **V** thorace **E** *A G* | faberrimo **V** faberrime **E** *A G* || **21** praecipit **V** praecepit **E** *A G* | occideri adp̄i (*i. e.* praei) **V** occidi ob id **E** occidi *A G* *def. Bae.* o. diritate pari *Haupt* o. ira praecipiti *Bickel* || **22** formarat **V** firmarat *C. F. W. M.* (W*m2*) || **23.24** Epiroten — permisso *om. G ordine restituto* || **23** presbyte (nostros firmus *etc. cf. 29, 5, 39*) **V** presbyterum **E** *A* || **23.24** tem octauianum exprocon (*lac.* $2^1/_3$ *uss.*) (*cf. 29, 1, 17*) offensarum (*ex* -orum *m2*) auctore **V** item O. ex proconsule (*lac. 2 uss.*) (*cf. 29, 1, 17*) o. a. **E** *A* (*lac. 1 us.*) acceptum (*cf. 29, 1, 17*) Octauiano *Her. lac. post* O. *indic. Cl.* acceptum Octauianum ex proconsule (*lac.*) *Češka* || **24** redire ad sua permisso **V** *def. Löfst. Blomgren* redire *om. Cl.* remisso *Her.*

tare, ad quos probandos missus est in Sardiniam, eodem iubente lapidum ictibus oppetit crebris. Athanasius fauorabilis tunc auriga suspectus cum uulgari leuitate, ut uiuus incendi iuberetur, si quid temptasset huiusmodi, non multo postea ueneficiis usum merebatur, nulla
5 delata uoluptatum artifici uenia ignibus aboleri praeceptus est. Afri- 6
canus causarum in urbe defensor assiduus post administratam prouinciam ad regendam aliam aspirauit, cuius suffragatori magistro equitum Theodosio id petenti subagresti uerbo pius responderat imperator: „abi“, inquit, „comes, et muta ei caput, qui sibi mutari
10 prouinciam cupit“; et hoc elogio perit homo disertus ad potiora festinans ut multi. Claudium et Sallustium ex Iouianorum numero 7
ad usque tribunatus dignitates progressos accusabat quidam uilitate ipsa despectus, quod, cum imperium Procopius affectasset, aliqua pro eo locuti sunt bona. cumque nihil quaestiones repperirent assi-
15 duae, mandarat magistris equitum auditoribus princeps, ut agerent in exsilium Claudium et Sallustium pronuntiarent capitis reum, pollicitus, quod eum reuocabit ad supplicium raptum; hocque ita, ut statutum est, obseruato nec Sallustius morte exemptus est nec Claudius nisi post eiusdem Valentiniani obitum deportationis maestitia libera-
20 tus ... longae ... cusauerit, cum illi saepissime torquerentur. replicatis 8
igitur quaestionibus dense et quibusdam ui nimia tormentorum absumptis ne uestigia quidem ulla delatorum reperta sunt criminum. / in hoc negotio protectores ad exhibendas missi personas, de ... fustibus praeter solitum caesi.

1 et **V E** erat *A* est *G* || 2 oppetiit **E** *A G* | ita *ante* suspectus *add. Rolfe reiec. Sey.* || 3 eum **V** cum **E** *A* ei *G* | leuitante **V** leuitate **E** *A G* || 4 hiius modi **V E** huiusmodi *A G* | cuius *ante* non *add. G* quem *Val. in adn.* quoniam se *Momms.* imprecaretur idemque *Her.* | beneficiis **V** *G* beneficus **E** ueneficiis *A* | usum **V** usus *Gdt.* | merebatur **V** ferebatur *G* fatebatur *Momms.* incessebatur *Cl.* || 5 uenta **V** *A* *om.* (*lac. 4 litt.*) **E** uenia *G* | auoleri **V** *corr. m3* || 8 pilis **V** *om. G* ridens *Eyss.* pius *Haupt* | responderator **V** responderat or **E** responderat *A G* respondit imperator *Eyss. Haupt* (H) responderat i. *Cl.* || 9 abinquid **V** Abi, inquit **E** *A G* | capud **V** || 10 periit **E** *A G* | desertus **V** disertus **E** *A G* || 11 cladium **V** Claudium *G* | ouianorum **V** Iouianorum **E** *A G* || 12 progressus **V E** progressos *A G* || 15 mandare **V** mandarat *Günther* || 15.16 Claudium *post* agerent *add. G post* exsilium *Cl.* illum *Walter* || 17 reuocauit **V** reuocabit *G* || 18 obueruatione **V** obseruatione **E** *A* obseruato, nec *G* | cladius **V** Claudius *G* || 19 ualentianus **V E** Valentiniani *A G* | uitium **V E** exitium *A* obitum *G* || 19.20 liberatus (*lac. 3 uss.*) longae (*lac. 3 litt.*) cusauerit cum **V** l. (*lac.* $^1/_2$ *us.*) longe recusauerit cum **E** *A* (*lac. 1 us.*) l. (*lac. 4 litt. asterisco addito*) cum *G* || 21 denset **V** densetisque (d *m2*) **E** de iis, et *A* dense et *G* | nimia *om. G* || 22 dilatorum **V** delatorum **E** *A G* || 23 de (*lac. 2 litt.*) fustibus **V** ictu fustium **E** de fustibus *A* dicuntur f. *G* *lac. indic. Her. reiec. Blomgren* || 24 praetor **V** praeter **E** *A G* | caesi] usi *G* | sunt *post* caesi *add.* **E** *reiec. Blomgren*

9 Horrescit animus omnia recensere simulque reformidat, ne ex professo quaesisse uideatur in uitia principis, alia commodissimi. illud tamen nec praeteriri est aequum nec sileri, quod, cum duas haberet ursas saeuas hominum ambestrices, Micam auream et Innocentiam, / cultu ita curabat enixo, ut earum caueas prope cubiculum suum loca- 5 ret custodesque adderet fidos uisuros sollicite, ne quo casu ferarum deleretur luctificus calor. Innocentiam denique post multas, quas eius laniatu cadauerum uiderat, sepulturas ut bene meritam in siluas abire dimisit innoxiam exoptans similes edituram.

4 Et haec quidem morum eius et propositi cruenti sunt documenta 10 uerissima. sollertiae uero circa rem publicam usquam digredientis / nemo eum uel obtrectator peruicax incusabit illud contemplans, / quod maius pretium operae foret in regendis uerius milite barbaris quam pellendis. et cum dedisset ... e speculis, si quis hostium se commouisset, desuper uisus obruebatur. 15

2 Agitabatur autem inter multiplices curas id omnium primum et potissimum, ut Macrianum regem auctum inter mutationes crebras sententiarum iamque in nostros adultis uiribus exsurgentem ui superstitem raperet uel insidiis, ut multo ante Vadomarium Iulianus. et

1 horruscitamus **V** horrescimus **E** Horrescit animus *AG* | reformidati **VE** reformidat *AG* | ni **V** ne **E***AG* || **1.2** perfesso **V** professio **E***A* professo *G* ex p. *Lind.* de (*ex p. 111, 23*) *C. F. W. M.* || **2** uideatur **V** uideamur *Val. in adn.* (Nm2) | alias **E***AG* | illi ad **V** illa **E***A* illud *G* || **3** quo **V** quod **E***AG* || **5** cultant acerabat **V** cultu accelerabat **E** cultani a. *A* cura agebat *G* cultu ita curabat *Val. in adn.* | ex enixo (ex *del.*) **E** enixe *A* enixa *G* | eorum **V***A* earum **E***G* || **6** ea superarum **V** (*asteriscum add. G in marg.*) casu ferarum *Lind.* || **7** debetur **V** rumperetur *Lind.* deleretur *dubit. Val. in adn.* delibetur *Gron. in adn.* hebetetur *Btl.* || **8** cadauerunt **V** cadauerum **E***AG* || **9** exop (*lac. 4 litt.*) simile sedit (*lac. 5 litt.*) **V***A* *om.* **E** (*lac. 12 litt.*) *om. G* (*lac. 2 litt.*) quae exinde similes edidit strages *dubit. Val. in adn.* Ex op (*lac.*) s. edituram st. *Btl.* exoptans s. e. *Pet.* || **10** proposito cruenta **V** propositi cruenti *G* propositorum cruenta *Češka* || **11** sollertis **V** sollertiae *Hadr. Val.* | puplicam ♂ **V** | nusquam **V** usquam *Wagn.* || **12–14** nec quo – dedisset *om. G* (*lac. 10 litt. cum asterisco*) || **12** nec quo **V** neque *Val.* (C) nemo *C. F. W. M.* nec *Her.* (*cf. 31, 2, 4*) | uelouireciator **V** uelo iure actor **E** u. i. uator *A* uel obtrectator *Val.* | contemplauo **V** contemplabo **E***A* contemplans *Val.* || **13** opere **V***A* operae **E** *Val.* | forticen regendus **V** forsitan fecerat regendis *Val.* forsitan r. *Hadr. Val.* foret in *Her.* coercendis *Cl.* | uerius milite **V** ueteri limite *Val.* interius l. *Norden* (*cf. 23, 5, 2*) uerius l. *Cl.* || **14** quo **V***A* que **E** quam *Val.* | dedisset (*lac. 3 uss.*) peculis **VE** (peculis *om.*) *A* (*lac.* $1^1/_2$ *uss.*) è speculis *G* || **15** obruebatur (*lac. 9 litt. in fin. us.*) **VE** (*lac. 3 litt.*) *sine lac. AG* || **16** aut et **V** autem **E***AG* | it **V** et **E***A* id *G* | prima de **V***A* prima **E** primum et *G* p. atque *Nov.* rimando *Walter prob. Miller* || **17** auitum ter **V** a., inter **E***A* auctum i. *G* a. per *Pet.* | creuras **V** crebras **E***AG* || **18** sententiarum] successionum *G* || **19** ni insidiis **V** insidiis **E***AG*

praeuisis, quae negotium poscebat et tempus, cognitoque transfuga-
rum indiciis, ubi comprehendi nihil opperiens poterit ante dictus, /
tacite, quantum concessit facultas, ne qui conserendo officeret ponti, /
iunxit nauibus Rhenum. et antegressus contra Mattiacas aquas pri- 3
5 mus Seuerus, qui pedestrem curabat exercitum, perpensa militum
paucitate territus stetit timens, ne resistere nequiens irruentium
opprimeretur hostilium agminum mole. et quia suspicabatur uenalia 4
ducentes mancipia scurras casu illic repertos id, quod uiderant, ex-
cursu celeri nuntiare, cunctos mercibus direptis occidit. aduentu 5
10 itaque plurium copiarum animati iudices castrisque ad tempus bre-
uissimum fixis, quia nec sarcinale iumentum quisquam nec tabernacu-
lum habuit praeter principem, cui tapete et sisyra suffecerant pro
tentorio, parumper ob tenebras morati nocturnas exsiliente lucifero /
urgente procinctu pergebant ulterius itinerum gnaris ducentibus /
15 frequenti equitatu cum Theodosio rectore praeire disposito, †equirat
erat ... tempore iaceat, extento strepitu suorum est impeditus, quibus
assidue mandans, ut rapinis et incendiis abstinerent, impetrare non
potuit. ignium enim crepitu dissonisque clamoribus satellites exciti /
idque, quod acciderat, suspecti carpento ueloci impositum regem /
20 angusto aditu circumfractis collibus abdiderunt. hac Valentinianus 6

1 praeui (*lac. 4 litt. in fin. us.*) **V** praeuium **E** *A* praeuisum *G* prouisis quae *Val.* praeuisis quae *Cl.* | transfigurarum **V** transfugarum *G* || **2** nihil periens **VE** n. (*lac. 3 litt.*) p. *A* n. operiens *G* n. hostile o. *Her. def. Bae. Fesser* || **3** tas he **V** Rex **E** *A* tacite *G* || **4** uinxit **VE** iunxit *AG* | contramat siacas **V** contra math (*lac. 4 litt.*) **E** c. Matusiacas *A* c. Mattiacas *G* || **5** quippe destrem (p *pr. add. m2 ?*) **V** qui pedestrem **E** *AG* || **6** rei sterne quees **V** r. extremae aques (aq- *m2*) **E** r. sterne queis *A* resistere nequiens *G* | inruenti in **V** irruentium **E** *A* inruenti *G* || **8** ille crepertos **V** illic repertos **E** *AG* | uiderat **V** uiderant *G* || **9** iunctos **V** cunctos *G* || **10** plurimum **V** plurium **E** *AG* || **12** tapete (*lac. 7 litt.*) sufficerat po **V** t. suffecerat pro **E** *def. Pet.* (*cf. 16, 5, 5*) tapetae (*lac. 7 litt.*) s. pro *A* tapetes suffecerant pro *G* tapete et sisyra s. *Her.* || **13** nocturnos **V** nocturnas **E** *AG* | exigente *Pet.* || **13.14** luna *post* exiliente *add. G* Lucifero urgente *Her.* (*cf. 19, 7, 2*) u. *reiec. Češka* || **14** procincti **V** *AG def. Češka* procintu **E** procinctu *Hadr. Val. Pet.* | itinerunt **V** itinerum **E** *AG* | gnari **V** *AG* gnaris **E** *Lind.* | discentibus **V** *A* praecedentibus **E** disc. – erat (*l. 16*) *om. G* (*lac. 4 litt. cum asterisco*) ducentibus *Lind.* || **15** fre (*lac. 4 litt.*) **V** *A* *om.* **E** frequenti *Eyss.* | theosio **V** Theodosio **E** *A* | prae (*lac. 4 litt.*) **V** *A* prae – erat *om.* **E** (*lac.* $3^{3}/_{4}$ *uss.*) praeire *Val.* || **15.16** equirat erat (*lac.* $3^{1}/_{2}$ *uss.*) **V** equi ret (*lac. 2 litt.*) erat (*lac.* $1^{1}/_{4}$ *uss.*) *A* sequi ratus erat *dubit. Eyss. in app.* nequid lateret *Her.* (*cf. 24, 1, 13*) et quia aderat *Pet. in ind.* || **16** streputi **V** strepitu **E** *AG* || **17** incendiis et rapinis *tr. G* | abstinere **V** abstinerent **E** *AG* || **18** potui **V** potuit **E** *AG* | dinis sonisque (d *ex* b *m2*) **V** dissonisque **E** *AG* || **19** suspencti **V** suspecti **E** *Pet. def. Löfst.* suspicati *AG def. Kell.* | carpenti **V** carpento **E** *AG*

gloria defraudatus nec sua culpa nec ducum sed intemperantia militis,/
quae dispendiis grauibus saepe rem Romanam afflixit, ad usque quin-
quagesimum lapidem terris hostilibus inflammatis redit Treueros
7 maestus. ubi tamquam leo ob ceruum amissum uel capream morsus
uacuos concrepans, dum cum hostium disiecta frangeret timor, in 5
Macriani locum Bucinobantibus, quae contra Mogontiacum gens est
Alamannica, regem Fraomarium ordinauit, quem paulo postea, quon-
iam recens excursus eundem penitus uastauerat pagum, in Britan-
nias translatum potestate tribuni Alamannorum praefecerat numero/
multitudine uiribusque ea tempestate florenti; Bitheridum uero et 10
Hortarium, nationis eiusdem primates, item regere milites iussit, e
quibus Hortarius proditus relatione Florenti Germaniae ducis contra
rem publicam quaedam ad Macrianum scripsisse barbarosque opti-
mates ueritate tormentis expressa conflagrauit flamma poenali.

5 Abhinc inter ... proximo haec narratione disseri continua placuit, / 15
ne, dum negotiis longe discretis et locis alia subseruntur, cognitio
multiplex necessario confundatur.

2 Nubel uelut regulus per nationes Mauricas potentissimus uita digre-
diens et legitimos et natos e concubinis reliquit filios, e quibus Zam-
mac comiti nomine Romano acceptus latenter a fratre Firmo peremp- 20
tus discordias excitauit et bella. eius enim necem ulcisci impensiore
studio properans comes ad insidiatoris perniciem multa ciebat et

1 culpa nec V sua nec culpa E sua c. nec *A G* c. propria nec *Brakman* | sen-
tim temperanti V sed intemperantis E *A* sed intemperantia *G* || **2** quinquaginta
simum V quinquagesimum E *A G* || **3** rediit E *G* || **4. 5** morsu suaquos V m. suo E
morsus uacuos *A G* || **5** dum cum V *A* *def. Löfst. Hagend. Pighi reiec. dubit.
Bae.* dum E *G* tum cum *Her.* || **7** alamannia V Alamanna E *A* Alemanna *G* Ala-
mannica *Cl.* | regem *om. G* | que V quae E *A* quem *G* || **8** brittanas V Britan-
nias E *A* Britanniam *G* || **9** latum V *def. Pighi* translatum *G* | Alemanno-
rum *G* | praeceperat V praefecerat *G* || **10** multitudo V *A* multitudine E*m2 G* |
Bitheridus E *A* || **11** hortario V Hortarius E *A* Hortarium *G* || **12** aortarius V
Hortarius E *A G* | proditu speratione V proditus conspiratione E p. despera-
tione *A* p. opera *G* relatione *Val. def. Meurig-D.* operatione *dubit. Löfst.* |
germania caducis V Mogontiaci ducis *G* Germaniae *Val.* || **13** quae (*lac. 5 litt.*)
rianum V quae Macrianum E *A* quaedam ad M. *G* || **13. 14** opti (*lac. 5 litt.*) ueri-
tator mentis exoressa V *A* (expressa) optimates, ueritate tormentis expressa *G*
-que optimates – abhinc inter *add.* E*m3 in lac.* $1^1/_2$ *us.* || **15** inter (*lac.* $2^1/_2$
uss.) V *A* (*lac. fere 1 us.*) i. (*lac. 8 litt. cum 2 asteriscis*) *G* | proxima E *G* |
cantinua V continua E *A G* || **16** longidusque cretis V longius tractis E (discre-
tis *add. m3 in marg.*) longe discretis *A G* || **17** necessaria V necessario *G* || **19** Zam-
ma *G* Sammac *Češka* || **20** nomine comiti *tr. dubit. Cl. in corr.* | firma VE
Firmo *A G* || **21** excitabit V excitauit E *A G* | inpensior V impensiore E *A G*

formidanda. utque rumores distulerunt assidui, nauabatur opera diligens in palatio Romani quidem relationes multa et aspera congerentes in Firmum libenter suscipi recitarique principi in earum fauorem concinentibus multis; ea uero, quae contra Firmus salutis
5 tuendae gratia docebat crebro per suos, accepta diutius occultari / Remigio tunc officiorum magistro, affine amicoque Romani, inter potiores imperatoris necessitates haec uelut minima et superflua non nisi opportune legi posse asseuerante.

3 Quae cum ad obruendam defensionem suam agitari aduerteret Mau-
10 rus, ultimorum metu iam trepidans, ne amendatis, quae praetendebat, ut perniciosus et contumax condemnatus occideretur, ab imperii dicione desciuit, et adiumenta ... tium ad uastand ...

4 ... hostis implacabilis incrementis uirium adolesceret, abolendum cum Comitatensis auxilio militis pauci Theodosius magister equitum
15 mittitur, cuius uirtutes ut impetrabilis ea tempestate prae ceteris nitebant, Domitii Corbulonis et Lusii ueterum simillimi, quorum prior sub Nerone, alter Traiano rem regente Romanam pluribus inclaruere fortibus factis. 5 proinde ab Arelate secundis egressus auspiciis emeatoque mari cum classe, quam ductabat, nullo de se rumore praegresso /
20 defertur ad Sitifensis Mauretaniae litus, quod appellant accolae Igilgilitanum. ibique inuentum casu Romanum leniter allocutus misit ad uigilias ordinandas et praetenturas parum super his, quae uerebatur, increpitum. 6 quo ad Caesariensem digresso Gildonem Firmi fratrem et Maximum misit correpturos Vincentium, qui curans Ro-

1 destulerunt **V** detulerunt **E***A* distulerunt *G* | adsidiu ♂ **V** | nauatur **V** nauabatur *G* || 2 as*pera (*fu.* s) **V** || 3 suscipere catarique **V** suscipi recitarique *G* || 4 continentibus **V***A* concinentibus **E***G* | firmos **VE** Firmus *AG* || 7 potioris **VE** potiores *AG* || 9 agitaria **V** agitari **E***AG* || 10 etuiam rapidans **VE** metu iam trepidans **E***m3 AG* || 11 contumae **V** contumaliae **E***A* contumax *G* | condemnatus **V** *def. Češka restituimus* indemnatus *Kell. reiec. Blomgren* || 12.13 adiumenta (*lac. 14 litt.*) tium aduastand (*lac. 18 litt.*) hostis **V***G* (*lac. 6 et 8 litt.*) adiumenta (*lac. fere 1 us.*) h. **E** a. (*lac. 8 litt.*) tium ad uastandum (*lac. 6 litt.*) h. *A* a. conquirebat uicinarum gentium ad u. *Kell.* quocirca ne hostis *Val. in adn.* quare ne h. *Hadr. Val.* ad hoc periculum antequam h. *Her.* || 13 adulescerent **V** adolesceret *G* | abulendum **V** abolendum **E***A* ad a. *G* || 14 comitatensi *G* || 15 uirtutis **VE** uirtutes *AG* | impenetrabilis *A* impetrabiles *G* || 16 enitebant *Val. c. c. in adn.* eminebant *Harmon* | lusu **VE** Lucii *A* Lusii *G* | simillimi ueterum *tr. dubit. Cl. c. c. in app.* || 17 regem te **V** regente **E***AG* || 18 aut spicii se meatoque **V** aut spicusae / m. **E** auspiciis, remeatoque *A* a., emeatoque *G* || 20 stipensis **VE** Sitifensis *AG* | maueretanae **V** Mauritaniae **V***m3* **E***m3* (*in marg.*) *AG* | accollae **V** | gilgitanum **V** Igilgitanum *G* Igilgilitanum *Lind. in adn. def. Mannert* || 23 quod **VE** quo **E***m2 AG* || 24 correcturos **VE***m2 AG* correpturos **E** *Val.* | curam **V** curans *G*

7 mani uicem inciuilitatis eius erat particeps et furtorum. recepto itaque tardius milite, quem amplitudo maris ... Sitifim properans Romanum cum domesticis custodiendum protectoribus committi mandauit agensque in oppido sollicitudine diducebatur ancipiti multa cum animo uersans, qua uia quibusue commentis per exustas caloribus terras pruinis assuetum duceret militem uel hostem caperet discursatorem et repentinum insidiisque potius clandestinis quam proeliorum stabilitate confisum. 5

8 Quod ubi Firmo leui rumore, dein apertis est indiciis cognitum, / spectatissimi ducis aduentu praestrictus ueniam cum concessione praeteritorum missis oratoribus poscebat et scriptis docentibus eum non sponte sua ad id rupisse, quod norat scelestum, sed iniquitate 10

9 grassante licentius, ut monstrare pollicebatur. quibus lectis paceque obsidibus acceptis promissa dux ad recensendas legiones, quae Africam tuebantur, ire pergebat ad Pancharianam stationem, quo conuenire praeceptae sunt. ibi magnificis uerbis atque prudentibus spe cunctorum erecta reuersus Sitifim consociato indigena milite cum eo, quem ipse perduxerat, aegre perpetiens moras ad procinctus ire 15

10 ocius festinabat. inter residua autem multa et clara id amorem eius auxerat in immensum, quod a prouincialibus commeatum exercitui prohibuit dari, messes et condita hostium uirtutis nostrorum horrea esse fiducia memorans speciosa. 20

11 His ita cum laetitia possessorum dispositis ad Tubusuptum progressus, oppidum Ferrato contiguum monti, legationem secundam Firmi repudiauit, quae obsides, ut ante statutum est, non duxerat 25

1 inciuilitis V inciuilitatis E *A G* | partices ♂ V | futurum V furtorum *G* || 2 maris siti in properans V m. / sciti improperans E m. retinuit, properans *A* morabatur m., Sitifim p. *G lac. indic. Cl. in textu,* maris retorsit *dubit. in app.* intercipiebat *Brakman antea* praepediebat *postea* || 3 protutoribus V protectoribus *Val.* || 4 deducebatur V diducebatur *G* | accipit V ancipiti E *A G* || 5 exuscas V exustas E *A G* || 6 terra. Finis V terras / f. E terras *A* t. pruinis *G* | inassuetum *A* || 7 propriorum V praeliorum *G* || 10 praestrictis V praestrictus E *A G* | confessiones V confessionis E *A G* cum concessione *Val. in adn. def. Kell.* concessionemque *Her.* || 11 missi serat uiribus V missis iuribus E m. erat uiribus *A* (*corr. in pag. 307*) m. oratoribus *G* || 12 erupisse *G reiec. Hartke* | morat *Kell. Eyss. reiec. Blomgren* | icelestum V celestium E scelestum *A* s., sed *G def. Blomgren lac. post* scelestum *indic. Cl.* s. sed Romani *Her.* || 14 affricam V || 17 conciato V conciliato E *A G* concitato *Hadr. Val.* consociato *Günther* || 19 otius V | multa *om. G* || 20 auserat VE auxerat *A G* || 21 mensis V messes *G* || 23 tubus optum V Tubuso itum E Tubusyptum *A* Tubusuptum *G* || 24 continguum V || 25 repudiant VE repudiauit *A G* | era V aera E erat *A* duxerat *G*

secum. unde omnibus pro loco et tempore cautius exploratis concito gradu Tyndensium gentem et Masinissensium petit leuibus armis instructas, quas Mascizel et Dius fratres Firmi ductabant. cumque essent 12 hostes iam in contuitu membris omnibus celeres, post missilia hinc 5 inde crebrius iacta committitur certamen asperrimum interque gemitus mortis et uulnerum audiebatur barbarorum ululabilis fletus captorum et caesorum pugnaque dirempta plures agri populati sunt et incensi. inter quos clades eminuere fundi Petrensis excisi radicitus, / 13 quem Zammac dominus, Firmi frater, in modum urbis exstruxit. hoc 10 successu uictor elatus mira uelocitate Lamfoctense oppidum occupauit inter gentes positum ante dictas, ubi abunde rei cibariae copiam condi effecit, ut, si pergens interius alimentorum offendisset penuriam, iuberet e propinquo conuectari. quae dum ita procedunt, Mas- 14 cizel reparatis uiribus nationum confinium adminicula ductans con- 15 serta manu cum nostris fusis e parte suorum pluribus ipse equi pernicitate aegre discrimine mortis exemptus est.

Fessus aerumnis gemini proelii Firmus imoque aestuans corde, ne 15 quid ultimae rationis omitteret, Christiani ritus antistites oraturos pacem cum obsidibus misit. qui quoniam suscepti lenius pollicitique 20 uictui congrua militibus, ut praeceptum est, laeta rettulere responsa et pacem, missis muneribus Maurus ipse fidentius ad Romanum perrexerat ducem equo insidens apto ad ancipites casus, cumque prope uenisset, fulgore signorum et terribili uultu Theodosi praestrictus iumento desiluit curuataque ceruice humi paene affixus temeri- 25 tatem suam flebiliter incusabat pacem obsecrando cum uenia. suscep- 16 tusque cum osculo, quoniam id rei publicae conducebat, bonae spei

1 secum] secuta *A* | cantius V cautius E*AG* | explorantes concitos VE exploratis concito *AG* || 2 tyndesium V Tyndensium *G* || 3 edius VE alius *A* et dius *G* | frater *A* | firmis octabant V firmi obstabant E F. ductabat *A* F. ductabant *G* | cum pessent V cum possent E cum essent *A* cumque e. *G* || 4 membribus V membris E*AG* || 6 morte VE mortis *A* mortes *G* | uulnera *G* | audiebantur E*A* | ululabiles V ululabilis *G* || 7 caesorum V *reiec. Harmon c. c.* sauciorum *Her.* | pupulati ♂ V || 8 quas *Rolfe* | eminere V*A* eminuere E*G* || 9 Salmaces V Zammac *Sey.* (*cf. 29, 5, 2; Dessau ILS 9351*) Sammac *uel* Sammaces *Češka* | exstruxit (*lac. 8 litt. in fin. us.*) V || 11 cibaria V cibariae E*AG* || 12 candi V dando E condi *AG* || 13 ca V ita E*AG* || 14 reperatis V || 15 fuisse VE fusus cum E*m2* (*in marg.*) *A* fusis è *G* | compluribus *Her. c. c.* || 16 discriminine V discrimine E*AG* *def. C. F. W. M. Fesser Miller Pighi* discrimini *Her.* || 19 obsilydibus V obsidibus E*AG* || 20. 21 responsae procem missis V responsa (*lac. 4 litt. in fin. us.*) pro se missis E r. praemissis *AG* reciproce missis *Pet.* et pacem, m. *Her.* prae se m. *Löfst.* promptim *uel* propere m. *Bickel* || 23 terribilium ulti VE terribili uultu *AG* || 24 iumenta V iumento E*AG* | desiliit *AG* | curuatoque V curuataque E*AG* || 26 – p. 118, 1 speciam V spei iam E*AG*

iam plenus sufficientia praebuit alimenta et quibusdam propinquis
suis ad obsidum uicem relictis abscessit captiuos, ut spoponderat,
redditurus, quos primis turbarum exordiis rapuit; biduoque post
Icosium oppidum, cuius supra docuimus conditores, militaria signa
et coronam sacerdotalem cum ceteris, quae interceperat, nihil cunc- 5
tatus restituit, ut praeceptum est.

17 Exinde cum discursis itineribus magnis Tipasam noster dux intro-
iret, legatis Mazicum, qui se consociauerant Firmo, suppliciter ob-
secrantibus ueniam animo elato respondit se in eos ut perfidos arma
18 protinus commoturum. quibus imminentis periculi metu defixis / 10
reuertique iussis ad sua Caesaream ire tendebat, urbem opulentam
quondam et nobilem, cuius itidem originem in Africae situ digessimus
plene, eamque ingressus, cum omnem paene incendiis late dispersis
uidisset exustam horridasque canitie silices, primam et secundam
legionem ad tempus ibi locari disposuit, ut fauillarum egerentes 15
aceruos agitarent ibi praesidium, ne repetito barbarorum impetu
uastaretur.

19 Quae cum rumores ueri distulissent et crebri, prouinciae rectores
tribunusque Vincentius e latibulis, quibus sese commiserant, egressi
tandem intrepidi ad ducem ocius peruenerunt. quibus ille gratanter 20
uisis atque susceptis agens etiamtum apud Caesaream fide rerum dili-
gentius explorata comperit Firmum per speciem pauentis et supplicis /
tectiore consilio id moliri, ut nihil hostile opperientem exercitum in
20 modum tempestatis subitae conturbaret. quam ob rem conuersus
hinc uenit ad municipium Sugabarritanum Transcellensi monti ac- 25
cline, ubi inuentos equites quartae Sagittariorum cohortis, quae ad
rebellem defecerat, ut contentum se supplicio leniori monstraret, /
omnes contrusit ad infimum militiae gradum eosque et Constantiano-
rum peditum partem Tigauias uenire iusserat cum tribunis, e quibus
21 unus torquem pro diademate capiti imposuit Firmi. quae dum agun- 30

7 tiposam VE Tiporam *A* Tipasam *G* || 9 eo V eos E*AG* || 10 minanti V minati E imminentis *AG* minantis *Eyss. prob. Brakman* || 11 opolentam ♂ V || 12 et nobilem *add. G* | digressimus ♂ V || 13 plenē V plene E*AG* || 14 uiuisset V uidisset E*AG* || 15 uillarum ♂ V || 16 agittarent ♂ V || 18 uero V ueros E*A* ueri *G* | sustulissent V distulissent *G* | et curii V *om. G* et crebri *Eyss.* et certi *Nov.* || 19 se *G* | commiseran V commiserant E*AG* || 20 otius V || 21 agensque *G* | etiam V etiamtum *Her.* || 22 fauentis V parentis *Corn.* pauentis *Kell.* | et *add. G* -que *Brakman asynd. def. Blomgren* || 23 concilio V*A* consilio E*G* | morili V *corr. m3* | merientem V merentem E metuentem *AG* operientem *Günther* || 24 tempestatus V tempestatis E*AG* || 25 adcliue E*AG* || 26 uentos VE inuentos *AG* || 28 constantiniorum V Constantianorum *G* || 30 capite V*A* capiti E*G* | dumque V d. haec E*AG* d. ea *Pet.* quae dum *Her.*

tur, reuerterunt Gildo et Maximus Bellen e principibus Mazicum et
Fericium gentis praefectum ducentes, qui factionem iuuerant quietis
publicae turbatoris ... producerent uinctos. quo ita, ut statutum est, 22
facto lucis primo exortu ipse egressus, cum inuenisset eos in exercitu
5 circumsaeptos, „quid de istis nefariis“ inquit „proditoribus fieri
oportere, contubernales deuoti, censetis?“ secutusque acclamationem
rogantium sanguine uindicari eos, qui inter Constantianos merebant, /
prisco more militibus dedit occidendos, Sagittariorum uero primoribus
manus incidit, residuos supplicio capitali multauit ad aemulationem
10 Curionis, acerrimi illius ducis, qui Dardanorum ferociam in modum
Lernaeae serpentis aliquotiens renascentem hoc genere poenarum
exstinxit. sed obtrectatores maliuoli uetus factum laudantes hoc ut 23
dirum uituperant et asperrimum Dardanos hostes memorantes inter-
neciuos et iuste, quae sustinuere, perpessos, hos uero subsignanos
15 milites debuisse lenius corrigi ad unum prolapsos errorem. quos
scientes forsitan admonemus hanc cohortem et facto fuisse et exem-
plo aduersam. ante dictos Bellen et Fericium, quos duxerat Gildo, / 24
tribunumque Sagittariorum Curandium ea re iussit occidi, quod nec
ipse umquam cum hostibus congredi uoluit nec suos, ut pugnarent,
20 hortari. agebat autem haec Tullianum illud aduertens, quod „salu-
taris uigor uincit inanem speciem clementiae“.

Exin profectus fundum nomine Gaionatis muro circumdatum uali- 25
do receptaculum Maurorum tutissimum arietibus admotis euertit et
caesis omnibus incolis moenibusque complanatis ad Tigauitanum
25 castellum progressus per Ancorarium montem Mazicas in unum col-
lectos inuasit iam tela reciprocantes uolitantia grandinis ritu. et cum 26

2 iuberant **V** inierant **E** iuuerant *AG* || 3 puplicae **V** | turbatoris (*lac. 3 1/2 uss.*) **V***A* (*lac. 1 1/4 us.*) *G* (*lac. 10 litt. cum 2 asteriscis*) turbatores (*lac. 2 3/4 uss.*) **E** | et **V** ut **E***AG* || 4 facito **V** facto **E***AG* | in exercitus **V** in exercitu **E***AG* exercitu *C. F. W. M.* agmine exercitus *Nov.* || 5 inquid **V** || 6 adclamatione **V** adclamationem **E***AG* || 8 dedit **V** *restit. Sey.* dedidit *Cl. c. c.* || 12 malliuoli ♂ **V** || 13 incerniciuos **V** || 14 subtinuere perpescos **V** sustinuere perpessos **E***AG* | hocue **V** hocque **E** hoc uero *A* hos u. *G* || 15 melius **V***G* lenius **V***m2***E***A* mitius *Nov.* mollius *Walter def. Fletcher* | prolops **V** prolapsos **E***AG* || 16 scientes **V** *def. Češka* nescientes *Her.* | hunc **V***A* hanc **E***G* | fuisse *add. Haupt* | exemplo (plo *add. sup. lin. m2*) **V** || 17 aduersum **V** aduersam *G* | antedictis **VE** antedictos *AG* | *lac. post* ante dictos *indic. Her. reiec. Sey.* | helleno nec **VE** Hellenem et *A* Bellen et *G* Bellen nec non *dubit. Cl. in app.* || 18 ne **VE** nec *AG* || 21 uigor **VE** *def. Löfst.* rigor **E***m2AG* || 22 gallonatis **E** Galonatis *A* || 24 tingitanum **V** Tigauitanum *Joh. Schmid* || 25 ancorariam *ex* ancorarium (*m2*) **V** Ancorarium **E***G* Ancorariam *A* || 26 reci procances **V** reciproca ac **E** reciprocantes *AG*

esset utrimque discursum, agmina uiris armisque incitata nostrorum /
non perferentes Mazices licet bellicosum genus et durum diuersis
stragibus implicati foedo diffluxere terrore ruentesque in fugam /
caesi sunt absque his, qui reperta copia discedendi supplici prece ueni-
27 am, quam dari tempus flagitauerat, impetrarunt. Suggen eorum duc- 5
tore ... Romano successerat in Sitifensem Mauretaniam ire disposito /
ad agitanda praesidia, ne prouincia peruaderetur, ipse praeteritis
elatior casibus gentem petit Musonum, quam conscientia rapinarum
et caedum actibus congregauerat Firmi, ut sperabatur, maiora mox
adepturi. 10
28 Progressusque aliquantum iuxta Addense municipium comperit /
dissonas cultu et sermonum uarietate nationes plurimas unum spi-
rantibus animis immanium exordia concitare bellorum adigente
hortanteque maxima spe praemiorum sorore Firmi nomine Cyria, /
quae abundans diuitiis et destinatione feminea nisibus magnis insti- 15
29 tuit iuuare germanum. quocirca Theodosius ueritus, ne Marti sese
committeret impari congressusque multitudini immensae cum paucis /
— tria enim armatorum milia ductabat atque quingentos — amitte-
ret uniuersos, inter pudorem cedendi pugnandique ardorem gradiens
30 retro paulatim trudente pondere plebis abscessit. hocque euentu bar- 20
bari nimium quantum elati sequentesque pertinaciter ...
certare necessitate ... compulsus semet ipsum et ad internecionem
perdiderat cunctos, ni gentium turbulenta concussio procul Mazicum
uisis auxiliis, quos anteibant quidam Romani, arbitrata in se impe-
tum agminum ferri complurium uersa in pedes aperuisset nostris 25

1 discursim V discursum E *A G* | uiris V *def. Meurig-D.* uiribus *Cl. in corr.* || 2 libet ♂ V || 4 asbque V | discidendi V dissuadendi E discedendi *A G* | uenum ♂ V || 5 sugogen (o *del. m2*) V Suggena *G* || 5.6 ductore (*lac. 3 uss.*) romano V *A* (*lac. 1 us.*) *G* (*lac. 4 litt. cum asterisco*) ductore Romano (Romano *del. m2*) (*lac. 3 uss.*) Romano E || 6 sitifinsem V || 7 poteritis V praeteritis E *A G* || 8 conscientiam VE conscientia E*m2 A G* || 11 addesemum capium V ad desemum campum E Addesemum c. *A* Addense municipium *G* || 14 hortatenque maximas perpremiorum V hortanteque maxima spe praemiorum E *A G* || 16 iubare V iuuare E*m2 A G* | ueritas V ueritus E *A G* | ni VE ne *A G* || 18 armatorum *om. G* || 19 caedendi V *A* cedendi E *G* | ardorum V ardorem E *A G* || 21 quantum (*lac. 5 litt.*) equentesquae V q. (*lac. 5 litt.*) equantesque E q. (*lac. 6 litt.*) sequentesque *A* q. (*lac. 8 litt. cum 2 asteriscis*) *G* (equentesquae — ipsum *om.*) elati *add. Val.* || 21.22 pertinaciter (*lac.* $2\,^1/_2$ *uss.*) certare VE p. (*lac. 1 us.*) c. *A* || 22 necessitate (*lac. 9 litt.*) sussemet VE (semet) n. (*lac. 9 litt.*) sus, semet *A* compulsus *Her.* adactus prorsus semet *Brakman* || 23 ingentium V ni gentium E *A G* | turbolenta concusso V turbulenta concussio E *A G* confusio *Pet.* concursio *Meurig-D.* || 24 anteibat V anteibant E *A G*

exitus antehac intersaeptos. exinde cum militem ducens incolumem 31
Theodosius ad fundum uenisset nomine Mazucanum, exustis desertoribus paucis aliisque ad Sagittariorum exemplum, quibus manus ademptae sunt, contruncatis Tipasam mense Februario uenit. ubi 32
5 diutius agens ut antiquus ille Cunctator pro negotio consultabat commentis potius et prudentia quam periculosis congressibus hostem pugnacem et impetrabilem iactu telorum, si fors copiam dederit, oppressurus. mittebat tamen assidue suadendi quosdam peritos ad 33
gentes circumsitas, Baiuras, Cantaurianos, Auastomates, Cafaues
10 Bauaresque et finitimos alios, nunc timore nunc praemiis eos ad societatem alliciens ueniamque petulantiae interdum promittendo cum ... t ulterius per ambages et moras hostem frangentem suos impetus oppressurus ut quondam Pompeius Mithridatem.

Qua causa declinans perniciem proximam Firmus licet praesidio- 34
15 rum magnitudine communitus relicta plebe, quam coegerat magna mercede, quoniam latendi copiam nocturna quies dedit, Caprarienses montes longe remotos penetrauerat et diruptis rupibus inaccessos. / cuius abitu clandestino multitudo dispersa sine rectore particulatim 35
diffluens inuadendi eius castra nostris copiam dedit hisque direptis /
20 et interfectis, qui resistebant, uel in deditionem acceptis regionum maxima parte uastata gentibus, per quas transibat, dux consultissimus apposuit fidei compertae praefectos. hac inopina sequendi con- 36
fidentia territus perduellis seruis comitantibus paucis digressu celeri consulturus saluti, ne quo praepediretur obstaculo, abiecit pretiosa-
25 rum sarcinas specierum, quas auexerat secum. uxorem enim fessam labore continuo, et per ancipitis di ...

Theodosius nullique adeum ... tium parcens mundiore uictu stipen- 37

1 milites **V** *G* militem **E** *A* | incolumen **VE** incolumem *A* incolumes *G* || 3 adusque **VE** aliisque *AG* || 4 contruncati stipatam **VE** contruncatis, Stiparam *A* c., Tipatam *G* Tipasam *Her.* Tipatam *def. Cagnat Seeck* || 8 peritis **V** peritos **E** *AG* || 10 dauaresque **V** Bauaresque *Dessau* | nunc[2]] nun **V** nunc **E** *AG* | miseos **V** amore **E** minis eos *A* promissis eos *G* praemiis *Her.* || 11 allaciens **V** alliciens **E** *AG* | inter cum **V** interdum **E** *AG* || 12 cum (*lac. 3 uss.*) tultorius **VE** *om. G* cum (*lac. 1 us.*) cultorius *A* c. (*lac.*) t ulterius *Her.* (*cf. 17, 13, 30*) || 15 commonitus **V** communitus **E** *AG* | magnam **V** *G* magna **E** *A* || 17 remoto[s] **V** | penetrauerit **V** penetrauerat **E** *A def. Günther Bickel* penetrauit *G* || 18 particulatimque *Her. c. c. prob. Češka* que *reiec. Sey.* || 19 nostri **V** nostris **E** *AG* || 22 inopia **V** (o *ex* p) *A* inopina **E** *G* || 23 comittantibus **V** || 25.26 uxorem – ancipitis di *om. G* (*lac. 11 litt. cum 2 asteriscis*) || 25 nam **V** nanque **E** *A* enim *Cl.* | fassam **VE** fessam **E***m2* *A* || 26 perancipitis di (di *m2*) (*lac. 3 uss.*) **V** perancipiti (*lac.* $3\,^1/_4$ *uss.*) **E** p. (*lac. fere 1 us.*) *A* || 27 adeum (*lac. 10 litt.*) tium **V** *A om. G* adeuntium **E** *Hadr. Val.* (N) cadentium *Val.* transfugientium *Fletcher* | uictus **V** uictu *G*

dioque milite recreato Caprariensibus Abannisque eorum uicinis proe-
lio leui sublatis ad municipium properauit ... ense, sed ueris nuntiis
doctus barbaros occupasse iam tumulos per amfracta undique spatia
in sublime porrectos nullique peruios nisi indigenis locorum perquam
gnaris repetendo dedit hostibus facultatem per indutias licet breues 5
38 Aethiopum iuxta agentium adminiculis augeri uel maximis. qui con-
cateruatis copiis fremituque minaci sine sui respectu ruentes in pu-
gnam auerterunt eum inaestimabilium turmarum specie dira perterre-
factum statimque redintegratis animis commeatus uehens abunde
reuertit et conglobatis suis scutaque in formidabilem mouentibus 10
39 gestum controuersas isdem opposuit manus. quamquam igitur im-
mite quoddam barbaricis concrepantibus tubis manipuli furentium
imminebant ipsi quoque parmas genibus illidentes, tamen ut pugna-
tor ille cautus et prudens militis paucitate diffisus audacter agmine
quadrato incedens ad ciuitatem nomine Contensem flexit iter intre- 15
pidus, ubi captiuos nostros Firmus ut in munimento abstruso locarat
et celso; cunctisque receptis in proditores satellitesque memorati
animaduertit acriter, ut solebat.

40 Hoc ei magni numinis adiumento gerenti prosperrime uerus indicat
explorator confugisse ad Isaflensium populum Firmum, ad quem 20
reposcendum una cum fratre Mazuca ceterisque necessitudinibus illuc
41 ingressus, cum adipisci non posset, genti bellum indixit. et proelio
atroci commisso ferocientibus barbaris ultra modum aciem rotundo
habitu figuratam opponit adeoque Isaflenses pondere cateruarum
ingentium inclinati sunt, ut plurimi caderent et ipse Firmus ferox 25

2 (*lac. 4 litt.*) **ense V** *sine lac. G* | **ueris V uerisque** *G* **set ueris** *Cl.* || **5 repetendo V***A def. Löfst. Hagend. Bae.* **reptando E repedando** *G* | **facultatibus V facultatem E***AG* | **inducias V** || **6 gentium V agentium** *G* | **cateruatis** *G* || **7 copus V copiis E***AG* || **8 perterrae tactum V perterrefactum E***AG* || **10 stutaque** ♂ **V** || **12 quiddam** *G* | **abhis V armis** *G* **tubis** *Her.* (*cf. 16, 12, 27*) || **14 ille** *add.* **V***m2 sup. lin.* | **milites V militis E***A* **miles** *G* | **diffusus V diffisus E***AG* || **15 quadranto incidens V quadrato incedens E***AG* || **15.16 inter intrepi** (*lac. 6 litt.*) **quorum summa ui** (*cf. 29, 1, 17*) **V iter intrepidus** (*lac. 6 litt.*) **q. s. ui E i. intrepide q. s. ui** *A* **i. intrepidum** (*lac. 3 litt. cum asterisco*) *G* (*ordine restituto*) (*cf. 29, 1, 17*) **i. intrepidus, ubi captiuos** *Val. in adn.* || **17 recenis VE recens** *A* **receptis** *G* | **satelutisque V satellitesque E***G* **satellitisque E***m2A* || **18 anima aduertit V animaduertit E***AG* || **19 nominis V numinis** *Val. in adn.* (**W***m2***N**) | **prosperime** ♂ **V** || **20 exploratur V explorator E***AG* || **21 necessitaidinibus V necessitudinibus E***AG* | **illuc** (**c** *ex* **t**) **V** || **23 in rotunda V***G* **in rotundi E in rotundo** *A* **in** *del. ut dittogr. Cl.* (*cf. 23, 4, 14*) || **24 habitus VE habitu** *AG* | **fuguratam V figuratam E***AG* || **25 urgentium** *Hadr. Val.* (*cf. Verg. Aen. 11, 564*) **uigentium** *Pet.* **ingruentium** *Walter* (*cf. Tac. ann. 2, 11, 3*) | **ut** *add.* **E***AG*

et saepe in suam perniciem praeceps equo auferretur in fugam per saxa et rupes discurrere citius assueto, Mazuca uero frater eius caperetur letaliter saucius. qui Caesaream mitti dispositus, ubi saeua **42** inusserat monumenta facinorum pessimorum, dilatato uulneris hiatu 5 discessit. caput tamen eius auulsum residuo integro corpore cum magno uisentium gaudio urbi illatum est ante dictae. post haec Isa- **43** flensium gentem, quae obstitit, superatam dux nobilis incommodis multis, ut aequitas poscebat, afflixit. ibi Euasium potentem municipem Florumque eius filium et quosdam alios per secretiora consilia 10 temeratorem quietis iuuisse confutatos aperte flammis absumpsit.

Exindeque pergens interius nationem Iubalenam spiritu aggressus **44** ingenti, ubi natum Nubelem patrem didicerat Firmi, repulsus altitudine montium et flexuosis angustiis stetit. et quamlibet facto in hostem impetu pluribusque peremptis aperuerit uiam, formidans 15 tamen sublimia collium ad insidiandum aptissima ducens suos incolumes reuertit ad Audiense castellum, ubi Iesalensium gens fera semet dedit uoluntaria auxilia praestare spondens et commeatus.

His et eiusmodi gloriosis actibus exsultans amplissimus ductor ip- **45** sum otii turbatorem petebat ualido uirium nisu ideoque prope muni-20 mentum nomine Medianum diu consistens per multas prudentesque sententiarum uias eundem sibi prodi posse sperabat. haecque cogitatio- **46** nibus anxiis altioreque prospiciens cura rursus ad Isaflenses hostem comperit reuertisse; quos nihil moratus ut antea agminibus adoritur incitatis. cui rex Igmazen nomine, spectatus per eos tractus opibusque 25 insignis, progressus obuiam confidenter „cuius loci es tu“, inquit, „uel quid acturus huc uenisti? responde.“ quem Theodosius fundata mente intuens toruum „comes“, ait, „Valentiniani sum, orbis terrarum domini, ad opprimendum latronem funereum missus; quem nisi statim reddideris, ut inuictus statuit imperator, peribis funditus cum 30 gente quam regis.“ quo audito Igmazen post conuicia multa, quae congessit in ducem, ira doloreque perculsus abscessit. et secutae prin- **47**

1 pernicionem V *A* perniciem E *G* *lac. indic. post* p. *Her. reiec. Rolfe Češka* | quo V equo *G* || 2 citus V citius *G* || 4 innusserat V || 5 decessit E *G* *def. Kell.* | incorpore V E *A* a corpore E*m2* corpore *G* integro c. *Her.* || 8 municipiem V municipem E *A G* || 9 secratiora V secretiora E *A G* || 10 tameratorem V temeratorem E *A G* temere turbatorem *Kell.* | luuisse V iuuisse E *A G* | adsumpsit V absumpsit E*m2* *A G* || 11. 12 spiritus adgressos ingento V spiritu adgressus ingenti E *A G* || 12 nobilem V Nubelem *G* | dederat V didicerat *G* || 15 insidia dum V insidiandum E *A G* | incolomes V incolumes E *G* incolumis *A* || 17 dedit V dedidit *Btl.* || 24 concitatis *G* || 25 progressibus V progressus E *A G* | inquid V || 26 acturus (r *ex* s) V || 28 misse V missus E *A G* || 30 gentem V *corr. m3* | adito V audito E *A G* | conuincia V conuicia E *A G* || 31 congressit V congessit E *A G*

cipio lucis utrimque occursurae sibi ad confligendum processerunt acies minacissimae et barbarorum uiginti paene milia in ipsis locata sunt frontibus occultatis pone terga subsidialibus globis, ut assurgentes paulatim nostros multitudine clauderent insperata, hisque Iesalenses auxiliares accessere quam plures, quos adiumenta et com- 5
48 meatus nostris docuimus promisisse. contra Romani, quamuis admodum pauci, tamen fortibus animis uictoriisque antegressis elati / densetis lateribus scutisque in testudinis formam cohaerenter aptatis / restiterunt gradibus fixis et a sole orto usque diei extimum pugna protenta paulo ante uesperam uisus est Firmus equo celsiori insidens / 10 sago puniceo porrectius panso milites clamoribus magnis hortari, ut dedant Theodosium opportune, truculentum eum appellans et dirum / et suppliciorum saeuium repertorem, si discriminibus eximi uellent,
49 quae perferebant. hae insperatae uoces ad dimicandum quosdam acrius incitarunt, alios deserere proelium illexerunt. proinde ubi 15 noctis aduenit quies prima, partibus tenebrarum obuolutis horrore / dux reuersus ad Audiense castellum militesque recognoscens eos, quos a pugnandi proposito pauor et uerba detorserant Firmi, diuerso genere poenarum exstinxit, alios ademptis dexteris, quosdam uiuos
50 combustos. excubiasque agens cura peruigili barbarorum aliquos au- 20 sos, cum apparere non possent, post occasum lunae castra sua temptare fudit uel irruentes audentius cepit. digressus exinde passibus citis Iesalenses ut ambiguae fidei per tramites adortus obliquos, unde parum sperari potuit, ad penuriam uastauit extremam perque Caesariensis Mauretaniae oppida reuersus Sitifim Castorem et Martinia- 25 num, rapinarum flagitiorumque Romani participes, ad interitum tortos incendit.

1 occursuram **V** occursurae **E** *A G* | confligendam **V** confligendum **E** *A G* || **2** minacissime **V** *G* minacissimae **E** *A* | paena **V** pene **E** *A G* || **4** paulotim ♂ **V** || **5** iesalem **V** Hiesaleni **E** Iesalenses *A* Iessaleni *G* Iesalensium *Kell.* | quam plures **V** *def. Bickel* complures *Kell.* || **6** romam **V** Romani **E** *A G* || **8** desetis **V** densetis **E** *Eyss. Vogel* desectis *A* densatis *G* | scutique **V** scutisque **E** *A G* | ineestudinis ♂ **V** | araptatis **V** aptatis **E** *A* adaptatis *G* || **9** fixos **V** fixis **E** *A G* | solis **E** | ortu **VE** orto *A G* | ad *ante* diei *add. Val.* (N) *del. Günther* (*uel* ad usque) *Pet.* || **11** spanso **VE** panso *A G* | mognis **V** *corr. m3* || **13** sae[ui]um **VE** *Val. def. Bae.* saeuum *A G* saeuûm *Norden* saeuorum *dubit. Sey.* || **15** inserere **V** deserere *G* || **16** errore **V** horrore *Val. in adn.* || **17** aduodiense **VE** ad Audiense *A* ad Duodiense *G* || **18** ad **V** a **E** *A G* | pauore uerba (u *alt. ex* ti *m2*) **V** pauor et uerba *G* || **22** studit ♂ **V** effudit *dubit. Cl. c. c. in app.* | audacius *G* || **23** uessaliensis **V** uesaliensis **E** uessalienses *A* Iessalenses *G* || **24** speram **V** sperari **E** *A G* | atremam **V** extremam **E** *A G* || **25** reuersum **V** reuersus *G* || **26** flagitiarumque romam **V** flagitiorumque Romani **E** *A G*

Redintegratur post haec cum Isaflensibus bellum primoque con- 51
flictu barbarorum pluribus pulsis et interfectis rex eorum Igmazen
uincere antehac assuetus terrore fluctuans mali praesentis nihilque
commerciis uetitis ad uitam spei sibi restare, si obstinatius egerit,
5 arbitratus, quantum caute fieri potuit et occulte, prorupit ex acie
solus uisumque Theodosium suppliciter petit, ut Masillam Mazicum
optimatem ad se uenire iuberet. per quem, ut rogauerat, missum / 52
clandestinis colloquiis monuit ducem suopte ingenio pertinacem, ut
ad praebendam sibi copiam agendi, quae uellet, popularibus suis acri-
10 ter immineret eosque assiduitate pugnandi mutaret in metum, promp-
tos quidem ad perduellis fauorem, sed iacturis multiplicibus fessos. /
paruit Theodosius dictis et crebritate certaminum Isaflenses ita pro- 53
triuit, ut isdem labentibus pecudum ritu Firmus ipse latenter euade-
ret et auiis et diuturnis latebris amendandus inibi, dum de fuga con-
15 sultat, tentus ab Igmazene custodiretur. et quoniam obscurius ges- 54
ta didicerat per Masillam, in extremis rebus unum remedium superes-
se contemplans calcare uiuendi cupiditatem uoluntaria statuit morte /
uinoque consulto distentis et crapulentis silenti nocte oppressis altiore
somno custodibus peruigil ipse impendentis aerumnae terrore insonis
20 gradibus relicto cubili manibus repens et pedibus longius sese dis-
creuit repertumque funiculum, quem finiendae uitae parauere casus,
de clauo parieti affixo suspendit, ubi collo inserto animam absque
moris cruciabilibus exhalauit.

Quod dolenter ferens Igmazen ereptamque sibi gloriam gemens, / 55
25 quia non contigerat ad castra Romana uiuum ducere perduellem, /

1 conflictum V conflictu E *A G* || 2 interfectus V interfectis E *A G* | igmacen V Igmazen E *A G* || 6 petiit *G* | misiliam V E Missillam *A* Massillam *G* Masillam *Lind.* Masilam *Her.* (*cf. Dessau ILS 2223*) || 7 gauerat V ut rogauerat E *A G* || 8 siopte V suopte E *A G* || 9 praehendam V praebendam E *A G* | uis V uiis E *A* suis *G* || 10 motaret *Pet.* || 11 duellis V *A* duelli E perduellis *G* || 12 itaflenses V Isaflenses E *A G* || 13 hisdem E iisdem *A G* | ritu *add.* E *A* more *ante* pecudum *add. G* | firmusque V Firmus E *A G* F. quoque *C. F. W. M.* F. ipse *Her.* (*cf. § 41*) || 14 abiis V *A* ab his E auiis *G* | amandatus *G* attentius *C. F. W. M. reiec. Löfst.* || 15 igmace V Igmazen E Igmaze *A* Igmazene *G* || 17 calcale V calcare E*m2 A G* || 18 destentus V distentus E *A G* distentis *Gdt. def. Blomgren* | crapulentis V E *G def. Georges Langen Blomgren* crapulentus *A* crapulatis *Her.* || 20 graccibus V grauibus E *A* gradibus *G* | desese V sese E *A G* inde sese *C. F. W. M.* || 21 ad *ante* finiendae *add. Her.* (*cf. 26, 8, 12*) *reiec. Blomgren Miller* | parauere V *def. Harmon Blomgren* parauerat *Cl. c. c.* || 22 absque (b ex p) V || 23 mores crutiabilibus V morte cruciabili *A* moris cruciabilibus *G* || 24 igmace nerepertam quae V Igmazen E (ereptam — gemens *om.*) I., ereptamque *A* I., interceptamque *G* | gemen V gemens *A G* || 25 uilium V uiuum E *A* uinctum *G*

interposita fide publica per Masillam ipse camelo necati cadauer impositum ferens, cum tentoria exercitus aduentaret ad Subicarense castellum locata, in iumentum transtulit sarcinale et Theodosio ob-
56 tulit exsultanti. qui conuocatis armatis simul atque plebeiis interrogatisque, an agnoscerent uultum, cum eiusdem esse sine ulla didicis- 5
set ambage, ibi paulisper moratus Sitifim triumphanti similis redit / aetatum ordinumque omnium celebrabili fauore susceptus.

6 Dum hoc puluere per Mauretaniam dux ante dictus anhelat et Africam, Quadorum natio mota est inexcita repentino, parum nunc formidanda, sed immensum quantum antehac bellatrix et potens, ut 10
indicant properata quondam raptim procliuia obsessaque ab isdem Marcomannisque Aquileia diu Opitergiumque excisum et cruenta complura per celeres acta procinctus uix resistente perruptis Alpibus Iuliis principe Pio, quem ante docuimus, Marco. et erat ut barbaris
2 ratio iusta querellarum. Valentinianus enim studio muniendorum 15
limitum glorioso quidem, sed nimio ab ipso principatus initio flagrans / trans flumen Histrum in ipsis Quadorum terris quasi Romano iuri iam uindicatis aedificari praesidiaria castra mandauit. quod accolae ferentes indigne suique cautiores legatione tenus interim et susurris
3 arcebant. sed Maximinus in omne auidus nefas et genuinos mitigare 20
nequiens flatus, quibus praefecturae accesserat tumor, increpabat Equitium, per Illyricum eo tempore magistrum armorum, ut peruicacem et desidem necdum opere, quod maturari dispositum est, consummato addebatque ut consulens in commune, quod, si paruo suo Marcelliano deferretur potestas per Valeriam ducis, munimentum 25
absque ulla causatione consurgeret. utrumque mox est impetratum.

1 masilam **V** mansilam **E** Massillam *A* Masillam *G* | carmelo **V***A* camelo **E***G* || **2** ab **V** ad **E***AG* || **3** insarcinale **V** sarcinale *G* | obtulit (b *ex* p) **V** || **4** plebis **V** plebe **E***A* plebeiis *G* plebeis *Nov.* || **5** cum *ante* sine *add.* *A* *ante* eiusdem *G* | didicisse **VE** didicisset *AG* || **6** moratur **V** moratus **E***m2AG* | siti ei triumphanteo **V** Sitifim triumphanti **E***A* (Sitiph-) *G* | consimilis *Corn.* | rediit *G* || **9** motu **E***m2A* | inexcita **V** *def. Löfst. Bae.* excita **E***m2A* insultu *G* diu inexcita *Her.* (diu *ex* tiu *l. 12*) || **9.10** formidandas et **V** || **11** indicat **V** indicant *G* | qm̄ **VE** quoniam *AG* quondam *Val. in adn.* | raptim (procliuia *om.*) *G* raptu procliui *Val. in adn.* | obsessa *G* | iisdem *AG* || **12** marcomannes **V** Marcomannis **E***A* ac M. *G* Marcomannisque *Cl.* | aquileiatiu **V** Aquileia diu **E***AG* *restituimus* diu *tr. Her.* (*cf. l. 9*) || **13** perceleri **E** | procinctu **VE** procinctus *AG* | salpibus **V** *corr. m3* || **14** iulius **VE** Iuliis *AG* | primicerius **V** primicerio *G* principe serio *Hadr. Val.* p. Pio *Her.* | marico **VE***G* marito *A* Marco *Hadr. Val.* || **15** stadio **V** studio **E***AG* | muniendarum **V***A* muniendorum **E***m2G* || **18** praesidia **V** praesidiaria **E***AG* || **19** interimit **V***A* interim et **E***G* || **26** ubique **V***A* ubique sine **E** absque *G*

qui promotus profectusque cum uenisset ad loca, intempestiue turgens 4
ut filius nullis affatibus delinitis his, quos numquam temptatae cupiditatis figmenta regionum suarum faciebant extorres, opus paulo ante inchoatum aggreditur admissa copia refragandi suspensum. /
5 denique Gabinium regem, ne quid nouaretur, modeste poscentem, ut 5
assensurus humanitate simulata cum aliis ad conuiuium corrogauit, /
quem digredientem post epulas hospitalis officii sanctitate nefarie uiolata trucidari securum effecit.

Cuius rei tam atrocis disseminatus rumor ilico per diuersa et Qua- 6
10 dos et gentes circumsitas efferauit regisque flentes interitum in unum coactas misere uastatorias manus, quae Danubium transgressae, cum nihil exspectaretur hostile, occupatam circa messem agrestem adortae sunt plebem maioreque parte truncata, quidquid superfuit, domum cum multitudine uarii pecoris abduxerunt. euenisset profecto tunc in- 7
15 expiabile scelus numerandum inter probrosas rei Romanae iacturas; /
paulo enim afuit, quin filia caperetur Constanti cibum sumens in publica uilla, quam appellant Pristensem, cum duceretur Gratiano nuptura, ni fauore propitii numinis praesens Messala prouinciae rector eam iudiciali carpento impositam ad Sirmium uicensimo sexto
20 lapide disparatum cursu reduxisset effuso.

Hoc casu prospero regia uirgine periculo miserae seruitutis exempta, cuius ni potuisset impetrari redemptio captae magnas inussisset 8
rei publicae clades, latius se cum Sarmatis Quadi pandentes, ad raptus et latrocinia gentes aptissimae, praedas hominum uirile et muliebre
25 secus agebant et pecorum uillarum cineribus exustarum caesorumque incolentium exsultantes aerumnis, quos necopinantes sine ulla parsi-

1 promotos V promotus E*AG* | intempestiuen V intempestiue E*AG* || 2 cepiditatis V cupiditatis E*AG* || 3 faciebat VE faciebant *AG* || 4 incoatum V | admisse V admissa *G* | fragandi V fragrandi E fragranti E*m2* fraganti *A* rogandi *G* refragandi *Pet.* || 7 hospitales, *G* | scactitate V castitate E sanctitate *AG* || 8 frugidari V trucidari E*AG* | secure *Haupt Harmon* | efficit V effecit E*AG* fecit *Haupt* praecepit *Harmon c. c.* || 11 coactae miserae V miserant (in unum c. *om.*) E coactae misere *AG* coactas *Pet.* || 12 messe agreste V messem agrestem E*A* messes a. *G* || 13 dominum VE domum *AG* || 15 expiabile V inexpiabile E*AG* | romananae V *corr. m3* || 16 abfuit E*AG* | lumen V sumens E*A* cibum s. *om. G* || 17 pistrensem V Pristensem *Her.* | gratia non V Gratiano E*AG* || 18 ni *add.* E*AG* | mesala V*G* Messala E*A* || 18.19 rectorem V rector eam E*A* rector *G* || 19 sirmiam V*A* Sirmium E*G* || 20 disparatam V disparatum *G* | redixisset V reduxisset E*AG* || 21 prospera VE prospere *A* prospero *G* || 22 cuiuisi V cuius si E*A* cui nisi *G* cuius n. *Lind.* c. ni *Kießl.* | magnos V magnas E*AG* | inusisset V inuxisset E inussisset *AG* || 24.25 uirilis et muliebris sexus *G* || 26 ullo V ulla E*AG*

9 monia deleuerunt. per omnia itaque propinqua malorum similium dispersa formidine praefectus praetorio agens tunc apud Sirmium Probus nullis bellorum terroribus assuetus rerum nouarum lugubri uisu praestrictus oculosque uix attollens haerebat diu, quid capesseret, ambigens et, cum paratis uelocibus equis noctem proximam 5
10 destinasset in fugam, monitus tutiore consilio mansit immobilis. didicerat enim omnes secuturos confestim, qui moenibus claudebantur, / tegendos latebris opportunis; quod si contigisset, impropugnata ciuitas
11 uenisset in manus hostiles. proinde parumper lenito pauore ad arripienda, quae urgebant, acri nisu assurgens retersit obrutas ruderibus 10 fossas murorumque maximam partem pacis diuturnitate contemptam et subuersam ad usque celsarum turrium minas expediit studio aedificandi coalitus, hac ratione opere uelociter absoluto, quod impensas aedificandi causa theatri dudum congestas sufficientes ad id, quod efficere maturabat, inuenit. atque huic spectato consilio salutare addidit aliud et Sagittariorum cohortem ex statione proxima 15 affuturam obsidio, si uenisset, acciuit.

12 His uelut obicibus barbari ab oppugnanda urbe depulsi parum ad has calliditates dimicandi sollertes sarcinisque impediti praedarum / ad Equitii uertuntur indaginem. et cum ad Valeriae spatia longe remota secessisse captorum didicissent indiciis, illuc properato petierant 20 gradu frendentes hacque ex causa iugulo eius intenti, quod per ipsum
13 circumuentum regem existimabant insontem. quibus cognitis cursu ruenti infestius obuiam legiones motae sunt duae, Pannonica et Moesiaca, ualida proeliis manus. quae si conspirasset, abierat procul dubio 25 uictrix. sed dum discretim grassatores adoriri festinant, ortis inter se
14 discordiis impediti de honore certabant et dignitate. quo intellecto

2 praetoria V *corr. m3* | sirmum V Sirmium E*AG* || 6 didice erat (e *pr. add. in fin. us.*, e *alt. del. m2*) V || 7 claudebatur V claudebantur E*AG* || 10 acrinio V animo E acri a. *AG* nisu *Pet.* consilio *Walter* ingenio *Meurig-D.* | recrisit V se euexit E*m2* retersit *A* retersit – maximam (*l. 11*) *om. G* detersit *Her.* (*cf. Suet. Aug. 18*) retexit *Nov.* || 10.11 -ribus – diu- *add.* V*m2 in marg.* || 11 morumque V*m2* murorumque E*A* | arces ob pacis diuturnitatem contemptas *G* || 12 subuersas V subuersam *Val. in adn.* | expetit V*A* expetito E expedit *G* expediit *Lind.* || 13 aedificando VE aedificandi *AG* | cohalitus V || 14 theatri causa *tr. G* | theatri (i *ex* a) V | sufficientibus VE sufficientes *AG* sufficientis *Her.* || 20 aequitii V equitum E Equitii *AG* | uertimur V uertuntur E*AG* || 21 secessisset V secessisse E*AG* | raptorum V captorum *G* | pertierant V petierant *A* pergebant *G* || 22 hocque V hacque E*AG* || 23 cognitis] concito *G* || 24 ruentis V ruentes E*A* ruentibus *G* ruenti *Cl.* | obuiat V obuiae E obuiam *AG* | pannonicae mesiaca V panonica / moesiaca E Pannonica et M. *AG* || 26 festinanti V festinant E*AG* || 27 honere V honore E*AG* | quod V quo E*AG*

Sarmatae sagacissimi non exspectato certandi signo sollemni Moesiacam primam incessunt, dumque milites arma tardius per tumultum expediunt, interfectis plurimis aucti fiducia aciem perrupere Pannonicam disiectaque agminis mole geminatis ictibus omnem paene
5 delessent, ni periculo mortis aliquos citum extraxisset effugium.

15 Inter haec fortunae dispendia tristioris dux Moesiae Theodosius iunior, prima etiamtum lanugine iuuenis, princeps postea perspectissimus, Sarmatas Liberos ad discretionem seruorum rebellium appellatos collimitia nostra ex alio latere inuadentes aliquotiens expulit et
10 afflixit congressibus densis attritos adeoque obsistentes fortissime turbas confluentes oppressit, ut caesorum plurium alites iuste sanguine satiaret et feras. 16 unde residui tumore iam deflagrante metuentes, ne idem dux uirtutis, ut apparuit, expeditae in primo finium aditu incursantes cuneos sterneret aut fugaret uel insidias per silua-
15 rum locaret occulta, post multos perrumpendi conatus subinde temptatos in cassum abiecta pugnandi fiducia concessionem petiuere praeteritorum et ueniam uictique ad tempus indultae foederibus pacis / nihil egere contrarium eo maxime timore perculsi, quod ad tutelam Illyrici Gallicani militis ualidum accesserat robur.

20 17 Dum haec tot ac talia per turbines agitantur assiduos, Claudio regente urbem aeternam Tiberis, qui media intersecans moenia cloacis et fluuiis abundantibus multis Tyrrheno mari miscetur, effusione imbrium exuberans nimia et supra amnis speciem pansus omnia paene contexit. 18 et stagnantibus ciuitatis residuis membris, quae tenduntur
25 in planitiem molliorem, montes soli et, quidquid insularum celsius eminebat, a praesenti metu defendebatur et, ne multi inedia contabescerent undarum magnitudine nusquam progredi permittente, lembis et scaphis copia suggerebatur abunde ciborum. at uero ubi tempestas molliuit et flumen retinaculis ruptis redit ad solitum cursum, absterso
30 metu nihil postea molestum exspectabatur. 19 hic ipse praefectus egit

2 militis *Cl.* militi *Her.* || 3 expediuntur V expediunt E *A G* | aucta *Günther* | perrumpere V E perrupere *A G* || 4 disiectamque V E *G* disiectaque *A* || 5 delissent *ex* delinsent (*m2*) V delessent E *A G* || 11 plurimum V *G* plurium E *A* | iuste sanguinea (a *ult. del. m2*) V i. sanguine E *A* *def. Langen Meurig-D.* i. sanguineas *G* iuxta sanguine *Val. in adn.* iusto s. *Btl. Schneider def. Pet. Blomgren* iusta sagina *Corn.* || 15 temptos V E tentatos *A G* || 17 uictique V *restit. Sey.* uinctique *Nov.* quietique *Walter* || 19 illyri V Illyrici E *G* Illyrii *A* || 21 regentem V regente E *A G* || 22 abundantius V abundantibus *G* || 27 permitte ♂ V || 29 rediit E *G* rediuit *A* || 30 moletur V mali (*post* expectabatur) E molestum *A G* *restituimus c. c.* molestius *Cl.*

admodum quiete nullam seditionem super querella iusta perpessus / et instaurauit uetera plurima. inter quae porticum excitauit ingentem lauacro Agrippae contiguam Euentus Boni cognominatam ea re, quod huius numinis prope uisitur templum.

1 quietem V quiete *G* || 4 nominis V numinis *Hirschfeld Kießl.* | AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM· EXPLICIT LIBER XXVIIII· INCIPIT LIBER· XXX· FELICITER V AMIANI MARCELLINI· RERVM GESTARVM EXPLICIT LIBER XXVIIII· INCIPIT· LIBER XXX· E

LIBER XXX

Inter has turbarum difficultates, quas perfidia ducis rege Quado- 1
rum excitauit occiso per scelus, dirum in oriente committitur facinus /
Papa Armeniorum rege clandestinis insidiis obtruncato. cuius materiae
impio conceptae consilio hanc primordialem fuisse nouimus causam. /
5 consarcinabant in hunc etiamtum adultum crimina quaedam apud 2
Valentem exaggerantes male sollertes homines dispendiis saepe communibus pasti. inter quos erat Terentius dux demisse ambulans semperque submaestus, sed quoad uixerat, acer dissensionum instinctor. /
qui ascitis in societatem gentilibus paucis ob flagitia sua suspensis 3
10 in metum scribendo ad comitatum assidue Cylacis necem replicabat
et Arrabannis addens eundem iuuenem ad superbos actus elatum /

1 in **V** inter *G* | percha ducis **V** per caduci **E** per caducis *A* Percha dux *G* perfidia ducis *Val. in adn.* || 2 excita ut **V** excitauit *G* | sceles **V** scelus **E** *A G* || 3 Para *A G* | armeniorum *ex* armoeniorum (*m2*) **V** | materia **V** materiae **E** *A G* || 4 conceptae *ex* concepto **V** || 5 adultiam **VE** adultum *A G* || 6 dispendi **V** dispendiis **E** *A G* || 9 gentibus **V** gentilibus *Val.* || 10 gylacis **V** Cylacis *G* || 11 arrabanus (*lac. 4 litt.*) dens **V** Artabannus respondens **E** (arra-) *A* Artabanis: addens *G* | superuos **V** superbos **E** *A G*

4 nimis esse in subiectos immanem. unde quasi futurus particeps suscipiendi tunc pro instantium rerum ratione tractatus idem Papa regaliter uocatus et apud Tarsum Ciliciae obsequiorum specie custoditus, cum neque ad imperatoris castra accipi nec urgentis aduentus causam scire cunctis reticentibus posset, tandem secretiore indicio 5 comperit per litteras Romano rectori suadere Terentium mittere prope diem alterum Armeniae regem, ne odio Papae speque, quod reuertetur, natio nobis opportuna deficeret ad iura Persarum eam rapere ui uel metu uel adulatione flagrantium.

5 Quae reputans ille impendere sibi praesagibat exitium graue. et 10 doli iam prudens neque aliam nisi cito discessu salutis repperiens uiam/ suadentibus his, quibus fidebat, conglobatis trecentis comitibus secutis eum e patria cum equis uelocissimis, ut in magnis solet dubiisque terroribus, audacter magis quam considerate pleraque die parte 6 emensa egressus cuneatim properabat intrepidus. cumque eum pro- 15 uinciae moderator apparitoris, qui portam tuebatur, indicio percitus / festinato studio repperisset in suburbanis, ut remaneret, enixius ob- 7 secrabat et parum hoc impetrato mortis auersus est metu. nec minus paulo postea legionem secutam iamque aduentantem ipse cum promptissimis retrorsus excurrens fundensque in modum scintillarum sagit- 20 tas, sed uoluntate errans ita in fugam compulit, ut cum tribuno milites uniuersi perterrefacti uiuidius, quam uenerant, remearent ad muros. / 8 exin solutus omni formidine biduo et binoctio exanclatis itinerum laboribus magnis cum ad flumen uenisset Euphraten et inopia nauium uoraginosum amnem uado transire non posset, nandi imprudentia 25 pauentibus multis ipse omnium maxime cunctabatur et remansisset, ni cunctis uersantibus uaria id repperire potuisset effugium in neces-

1 nemisisse V nimis esse *G* || 2 Para *AG* || 3 speci*e (*fu.* a) V || 4 nesurgentes V ne surgentis E*A* nec urgentis *G* | aduenus V aduentus E*A* adcessus *G* || 6 rectoris uaderet VE R. uadem *A* rectori suadere *G* | terrentium V Terentium E*AG* || 7 dio V diu E*A* odio *G* | Para *A* Parae *G* || 8 reuertitur V*A* reuerteretur E reuertetur *G* | nationibus V natio nobis *G* || 9 adultione V adulatione E*AG* || 10 Quae] Quod *G* | praesagebat V praesagiebat E*AG* praesagibat *Her. def. Fesser* || 11 scito V cito *AG* || 13 uelocissimi V uelocissimis E*AG* || 14 diei E*AG* || 15 emens V emensa E*AG* || 16 moderatoris apparitor *G* | inpercitus VE*A* *def. Löfst. reiec. Bae.* indicio percitus E*m2* *Pet.* percitus *G* imperatus *Hadr. Val.* (C) || 17 supperisset V comperisset E reperisset *AG* | suburbani V suburbanis E*G* suburbano *A* *dubit. Cl. in app.* | nixius V enixius E*AG* || 18 imperato V impetrato E*AG* || 19 promptissimi V promptissimis E*AG* || 21 errans ha V errans E*G* e. hanc *A* e. ita *Val. in adn.* deerrans *Her. c. c.* (*uel* uoluntarie) || 23 biducet V biduo et E*AG* | exantlatis *G* || 24 inopiam V inopia E*AG* || 25 inpudentia V imprudentia E*AG*

sitatis abrupto tutissimum. lectulos in uillis repertos binis utribus 9
suffulserunt, quorum erat abundans prope in agris uinariis copia, /
quibus singulis proceres insidentes et regulus ipse iumenta trahentes /
praeruptos undarum occursantium fluctus obliquatis meatibus decli-
5 nabant, hocque commento tandem ad ulteriorem ripam post extrema
discrimina peruenerunt. residui omnes equis inuecti natantibus et 10
circumluente flumine saepe demersi iactatique infirmati periculoso
madore expelluntur ad contrarias margines, ubi paulisper refecti ex-
peditius quam diebus praeteritis incedebant.

10 Hoc nuntiato princeps ante dicti fuga perculsus, quem elaqueatum 11
fidem rupturum existimabat, cum sagittariis mille succinctis et leuibus
Danielum mittit et Barzimerem reuocaturos eum, comitem unum, /
alterum Scutariorum tribunum. hi locorum gnaritate confisi, quia 12
ille properans ut peregrinus et insuetus maeandros faciebat et gyros, /
15 compendiosis uallibus eius itinera praeuenerunt et diuisis inter se
copiis clausere uias proximas duas trium milium interuallo distinctas,/
ut transiturus per utramuis caperetur improuidus; sed euanuit cogi-
tatum hoc casu. uiator quidam ad citeriora festinans, cum biuium 13
armato milite uidisset oppletum, per posterulam tramitem medium /
20 squalentem frutectis et sentibus uitabundus excedens in Armenios
incidit fessos et ductus ad regem arcano sermone solum, quae uiderat,
docet ac retinetur intactus. moxque metu dissimulato eques mittitur 14
clandestinus ad dextrum itineris latus diuersoria paraturus et cibum, /
quo paulum progresso in laeuum tractum item alius talia facturus ire
25 iubetur ocissime, alterum aliorsum nesciens missum. quibus ita utiliter 15
ordinatis rex ipse cum suis dumeta, per quae uenerat, uiatore rele-
gente retrorsus monstranteque hispidam et iumento onusto exiguam

1 lectulus V lectulos E*AG* | biis V *del. Pet.* binis E*G def. Meurig-D.* his *A* || 4 undarurum ♂ V || 7 fluiit ne V flumine E*AG* || iactique V iactatique *G* actique *Pet.* || 8 modore V m̊ E morbo *A* madore *G* | effecti V refecti E*AG* || 10 sante dicti V antedicti E*G* antedictus *A* || 11 deuibus V leuibus E*AG* || 13 que V ille quod E quae *A* quod *G* quia *Pet.* || 14 insuetos V insuetus E*AG* || 15 callibus *Ern.* || 16 uius V uiis E uias *AG* | proxima V proximas *G* || 17 utram uix V utramuis E*AG* | cogitatu V*A* cogitatus E*G* cogitatum *Hadr. Val.* || 18 ceteriora V citeriora E*AG* | cum uiuum V*A* qui cum E cum cliuum *G* biuium *Val.* || 19 armatum E | militem disset V m. uidisset E milite u. *AG* | posterulae *Momms. def. Brakman* || 21 eductus V*A* et ductus *G* fessos incidit Eductus *tr.* E || 23 paratus et incibum V p. / et cibum E paraturus et c. *AG* || 24 alius *ex* alia (*m2*) V || 25 occisi me V diuisum E occasum *A* ocissime *G* || 26.27 uenat relegenter et rursus V uenerat r. et r. E u. relegens, et r. *A* uiator u. rel., eo ipso *G* uenerat uiatore relegente retrorsus *Pet. def. Hagend.* legente *Her.* || 27 -que] quae V*A* *om.* E per *G*

callem post terga relictis militibus euolauit, qui captis eius ministris /
missis ad mentes obseruantium praestringendas quasi uenaticiam
praedam modo non porrectis brachiis exspectabant, dumque hi
uenturum opperiuntur, ille regno incolumis restitutus et cum gaudio
popularium summo susceptus fide pari deinde mansit immobilis / 5
iniuriis, quas pertulerat, omnibus demussatis.

16 Danielus post haec et Barzimeres, cum lusi iamiam reuertissent, /
probrosis lacerati conuiciis ac si inertes et desides ut hebetatae pri-
mo appetitu uenenatae serpentes ora exacuere letalia, cum primum
17 potuissent, lapso pro uirium copia nocituri. et leniendi causa fla- 10
gitii sui uel fraudis, quam meliore consilio pertulerunt, apud im-
peratoris aures rumorum omnium tenacissimas incessebant falsis cri-
minibus Papam incentiones Circeas in uertendis debilitandisque cor-
poribus miris modis eum callere fingentes addentesque, quod huius-
modi artibus offusa sibi caligine mutata sua suorumque forma trans- 15
gressus tristes sollicitudines, si huic irrisioni superfuerit, excitabit.

18 Hinc in illum inexplicabile auctum principis odium et doli strue-
bantur in dies, ut per uim ei uel clam uita adimeretur; agentique
tunc in Armenia Traiano et rem militarem curanti id secretis com-
19 mittitur scriptis. qui illecebrosis regem insidiis ambiens et modo sere- 20
nae mentis Valentis indices litteras tradens, modo ipse sese eius con-
uiuiis ingerens ad ultimum composita fraude ad prandium uerecun-
dius inuitauit. qui nihil aduersum metuens uenit concessoque hono-
20 ratiore discubuit loco. cumque apponerentur exquisitae cuppediae /

1 pos V | etus V eius E*AG* || 2 uena ciam V uenaticiam E*AG* || 3 brachiis] manibus *G* | tandemque hi V*A* t. dum E dumque hi *G* || 4 illo V ille E*AG* | incolomis V incolumis E*AG* || 5 fiderandine mansueti mobilis V in eadem fidei certitudine mansit immobilis *G* fide perinde et mansuetudine i. *Unger* f. grandi remansit i. *Haupt* f. pari deinde mansit i. *Her.* f. miranda remansit i. *dubit. Bae.* || 7 barzmeres V Arzimeres E Barzimeres *AG* | iamiam V *restituimus* iam *G def. Meurig-D.* || 8 aest V ut E*AG* ac si *Hadr. Val.* (N) | haebeatae V ut h. *om.* E hebetatae *AG* || 9 uenatae V uenenatae E*AG* | ex hac uere V acuere E exacuere *AG def. Meurig-D.* || 10 proprium V proprius E pro uirium *AG* || 13 Param *AG* | intentione *A* | cireas V scire E scireas *A* Circeas *G* | debilitati indisque V debilitandisque E*AG* || 14 adentesque V || 15 mutatas uasorumque V*A* mutata uasorum E mutatus, uasorumque *G* mutata sua suorumque *C.F.W.M.* || 16 si *add. G ante* superfuerit *colloc. Brakman* | excitauit V excitabit *G* || 17 in *add. G* | inexpiabile *Val. in adn. Corn.* || 18 aragenti quae V a. qui E Parae. Agentique *A* agentique *G* || 19 militari V militarem E*AG* | ad V id *G* || 20 quae V qui *G* | modos V*A* modo E*G* | sereno E || 21 utterans V uetera E ut terram *A* litteras *G* | conuiciis V conuiuiis *G* || 23 ni*hil (*fu.* l) V | honoratior V*A* honoratiore E*G*

et aedes amplae neruorum et articulato flatilique sonitu resultarent, /
iam uino incalescente ipso conuiuii domino per simulationem naturalis
cuiusdam urgentis egresso gladium destrictum intentans toruo lumine
ferociens quidam immittitur barbarus asper ex his, quos scurras
5 appellant, confossurus iuuenem, ne exsilire posset etiamtum praepe-
ditum. quo uiso regulus forte prominens ultra torum expedito dolone 21
assurgens, ut uitam omni ratione defenderet, perforato pectore de-
formis procubuit uictima multiplicatis ictibus foede concisa. hocque 22
figmento nefarie decepta credulitate inter epulas, quae reuerendae
10 sunt uel in Euxino ponto hospitali numine contuente, peregrinus
cruor in ambitiosa lintea conspersus spumante sanie satietati super-
fuit conuiuarum horrore maximo dispersorum. ingemiscat, si quis
uita digressis est dolor, huius arrogantiam facti Fabricius ille Lusci-
nus sciens, qua animi magnitudine Democharen uel, ut quidam scri-
15 bunt, Niciam ministrum reppulerit regium colloquio occultiore pol-
licitum, quod Pyrrhum Italiam tunc bellis saeuissimis exurentem /
ueneno poculis necabit infectis, scripseritque ad regem, ut a citeriore
caueret obsequio. tantum reuerentiae locum apud priscam illam
iustitiam uel hostilis mensae genialitas obtinebat. uerum excusaba- 23
20 tur recens inusitatum facinus et pudendum necis exemplo Sertorianae/
adulatoribus forsitan ignorantibus, quod, ut Demosthenes, perpetuum
Graeciae decus, affirmat, numquam similitudine aut impunitate alte-
rius criminis diluitur id, quod contra ac liceat arguitur factum.

Haec per Armeniam notabiliter gesta sunt. Sapor uero post suorum 2
25 pristinam cladem comperto interitu Papae, quem sociare sibi im-
pendio conabatur, maerore graui perculsus augenteque nostri exer-
citus alacritate formidinem maiora sibi praeseminans Arrace legato 2

1 aedessas pleneruorum **V** edes plene rumorum **E** aedes amplae neruorum *A* a. pulsu n. *G* || 3 districtum **V** destrictum *Gron.* || 4 supras **V** scurras *Wagn. in comm.* (*cf. 29, 4, 4*) || 5 confossuros **V** confossurus **E***AG* | ne *add. G* | inpraepeditus **V** praepeditum *G* || 6 dolo ne **VE***G* dolone *A* || 7 ut uiam **VE** ut uitam *A* obuiam *G* | rectore **V** pectore *G* || 8 ictibus *post* multiplicatis *add.* **E** *ante* m. *G* || 9 decerta **V** decepta *G* | crudelitate **V** credulitate *G* || 10 hospitalinum ne **V** hospitali numine **E***m2AG* || 11 ambisitiosalain et **V** ambitiosa iam et **E***A* a. toralia *G* a. lintea *Hadr. Val.* ambitiosas lances *Gron. in adn.* | sparsus *G* | spumantes antesocietatiaetati (aetati *del. m2*) **V** sp. ante societatem **E** s. a. societati *A* et spumans satietati *G* spumante sanie s. *Hadr. Val.* || 12 conuiuiarum **V** conuiuarum **E***AG* || 13 buscinus **VE** Lucinus *A* Luscinus *G* || 14 democarem **E** Timocharem *A* || 17 scribseritque **V** | uia exteriore **VE** ut ab interiore *AG* ut a citeriore *Pet.* || 19 genitalitas **V** genialitas *G* || 21 adultatoribus **V** adulatoribus **E***AG* | quot **V** quod **E***AG* || 23 in **V** id **E***m2AG* || 25 interito **V** interitu **E***AG* | Parae *AG* || 27 Arsace *G* | legito ♂ **V**

ad principem misso perpetuam aerumnarum causam deleri penitus suadebat Armeniam, si id displicuisset, aliud poscens, ut Hiberiae diuisione cessante remotisque inde partis Romanae praesidiis Aspa-
3 cures solus regnare permitteretur, quem ipse praefecerat genti. ad quae Valens in hanc respondit sententiam nihil derogare se posse 5 placitis ex consenu firmatis, sed ea studio curatiore defendere. glorioso proposito contrariae regis litterae hieme iam extrema perlatae sunt / uana causantis et tumida. asseuerarat enim non posse semina radicitus amputari discordiarum, nisi interuenissent conscii pacis foederatae cum Iouiano, quorum aliquos uita didicerat abscessisse. 10

4 Ingrauescente post haec altius cura imperator eligere consilia quam inuenire sufficiens id conducere rebus existimans Victorem magistrum equitum et Vrbicium Mesopotamiae ducem ire propere iussit in Persas responsum absolutum et uniusmodi perferentes, quod rex iustus et suo contentus, ut iactitabat, sceleste concupiscat Armeniam ad 15 arbitrium suum uiuere cultoribus eius permissis et, ni Sauromaci praesidia militum impertita principio sequentis anni, ut dispositum est, impraepedita reuerterint, inuitus ea complebit, quae sponte sua
5 facere supersedit. quae legatio recta quidem et libera, ni deuiasset in eo, quod absque mandatis oblatas sibi regiones in eadem Armenia 20 suscepit exiguas. qua regressa aduenit Surena, potestatis secundae post regem, has easdem imperatori offerens partes, quas audacter
6 nostri sumpsere legati. quo suscepto liberaliter et magnifice, sed parum impetrato, quod poscebat, remisso parabantur magna instrumenta bellorum ut mollita hieme imperatore trinis agminibus per- 25

1 deleri **V** *restit. Sey.* deseri *Wagn. in comm.* || 2 armenam **V** Armeniam **E***AG* | sub displicuisset (*ex* -pla- *m2*) **V** subdi, si placuisset **E***A* si id displicuisset *G* | aliquot **V** aliud *G* || 4. 5 atque **VE** Ad quae **E***m2AG* || 5 derogasse **V** derogare se **E***AG* || 6 *lac. post* defendere *indic. Her. reiec. Sey.* || 7 litteras **V** litterae **E***AG* || 8 una **V** uana **E***m2AG* | at seuerat **V** Adseuerabat **E***m2 G C. F. W. M. Haupt* (*uel* adserebat) asseuerat *A* adseruerat *Pet.* adseuerarat *Cl.* || 9 conscurotis **V** conscii uotis *A* c. pacis *G* || 11 impetrator **V** imperator **E***AG* || 12 bus **V** rebus **E***AG* || 13 ore **V** *om.* **E** orae *A* ire *G* | propem re **V** properare **E***A* propere *G* || 16 eius permissi set **V** e. permissis et **E** e. permisisset *A* e. ex pacto permissis: et *G* e. permissis sed *Hadr. Val.* (**W***m2*) || 18 compleuit **V** complebit *G* || 19 quidam **V** quidem **E***AG* | libora **V** libera **E***AG* l. erat *Her.* | ne **V** ni *AG* | di[u*i]asset **V** || 21 *a* qua regressa *in cipit frgm.* **M** *dimidia parte perdita, uersuum litteris fere 30 conseruatis* || 22 eadem **MVE** easdem *AG* || 23 -ces et **M** magnifices et **V** magnifice sed **E***AG* || 24 qe *ante* quod *del.* **M** | remissi **E***m2* | instrumento ♂ **M** || 25 imperator ei **MVE***m2A* i. cum **E** imperatore *G* | trinis **MV** *restit. Nov. def. Blomgren* tribus *Gdt.* (**CH**) | perrupturus **E**

rupturo Persidem ideoque Scytharum auxilia festina celeritate mercante.

7 Proinde parum adeptus ea, quae spe uana conceperat, Sapor ultraque solitum asperatus, quod ad expeditionem accingi rectorem com-
5 pererat nostrum, iram eius conculcans Surenae dedit negotium, ut ea, quae Victor comes susceperat et Vrbicius, armis repeteret, si quisquam repugnaret, et milites Sauromacis praesidio destinati malis affligerentur extremis. haecque, ut statuerat, maturata confestim / 8 nec emendari potuerunt nec uindicari, quia rem Romanam alius
10 circumsteterat metus totius Gothiae Thracias licentius perrumpentis. quae funera tunc explicari poterunt carptim, si ad ea quoque uenerimus.

9 Haec per eoos agitata sunt tractus. quorum inter seriem Africanas clades et legatorum Tripoleos manes inultos etiam tum et errantes /
15 sempiternus uindicauit Iustitiae uigor, aliquotiens serus, sed scrupulosus quaesitor gestorum recte uel secus, hoc modo. 10 Remigius, quem populanti prouincias rettulimus comiti fauisse Romano, postquam Leo in eius locum magister esse coepit officiorum, a muneribus rei publicae iam quiescens negotiis se ruralibus dedit prope Mogontiacum
20 in genitalibus locis. 11 quem ibi morantem securius praefectus praetorio Maximinus reuersum ad otium spernens, ut solebat dirae luis ritu grassari per omnia, laedere modis, quibus poterat, affectabat, utque rimaretur plura, quae latebant, Caesarium antehac eius domesticum,/ postea notarium principis, raptum, quae Remigius egerit uel quantum
25 acceperit, ut Romani iuuaret actus infandos, per quaestionem cruentam interrogabat. 12 quibus ille cognitis cum esset, ut dictum est, in

3 ademptus eaque **MV** adeptus ea quae **E***AG* | una **VE** (*periit in* **M**) uana *AG* | conciperat **V** (*periit in* **M**) conceptus **E** conceperat **E***m2AG* || 4 conceperat *G* || 5 dediti **MV** dedit **E***AG* || 6 aeque **MV** que **E** ea quae *AG* | Vrbitius **E***A* | reperteret *ex* repesteret **M** reperteret **V** repeteret **E***AG* | et si *G* || 7 sauromagis **MV** Sauromacis **M***m2***V***m3***E***AG* || 9 -mendari **M** emandari **V** emendari **E***AG* || 10 traciae *ante* gothiae *del.* **E** || 11 sięadea **MV** si ad ea **E***AG* || 13 -ta **M** eo osagitta **V** Eoos agitata **E***A* eos a. *G* || 14 et *ante* errantes *om.* **E** || 15 scropulosus **M** cropulosus **V** scrupulosus **E***AG* || 16 secus] rectus **MVE** secus *A def. Michael Harmon* secius *G* || 17 comitis **MV** comiti **E***G* comitem *A* | fauisse *ex* fuisse **M** fuisse **VE***A* fauisse *G* | affinem *post* romano *add.* **E** || 19 magontiacum **E** Moguntiacum *A* || 20 -ectus *ex* -ectos (*m2*) **M** praefectus **VE***AG* || 21 -t **M** spernent **V** spernens **E***AG* | solebant **MV***A* solebat **E***G* | ruis ♂ **M** | ritu *post* solebat *tr.* **E** || 22 gras- **M** egrassari **V** grassari **E***AG* | adfectabant **V***A* || 23 antehę **MV** antehac **E***G* ante haec *A* || 24 q. **M** q; **V** quae **E***AG* || 25 acciperit **MV** acceperit **E***AG* | questionem **V**

secessu, conscientia malorum urgente uel rationem formidine supe-
rante calumniarum innodato gutture laquei nexibus interiit.
3 Secuto post haec anno Gratiano ascito in trabeae societatem Equitio
consule Valentiniano post uastatos aliquos Alamanniae pagos muni-
mentum aedificanti prope Basiliam, quod appellant accolae Robur, / 5
2 offertur praefecti relatio Probi docentis Illyrici clades. quibus ille,
ut cunctatorem decuerat ducem, examinatius lectis attonitus cogi-
tationibus anxiis Paterniano notario misso negotium scrupulosa quae-
siuit indagine moxque ueris per eum nuntiis gestorum acceptis euo-
lare protinus festinarat ausos temerare limitem barbaros primo fra- 10
3 gore, ut mente conceperat, oppressurus armorum. quia igitur abeunte
autumno multa impediebant et aspera, annitebantur omnes per
regiam optimates, ut ad usque ueris principium oratum retinerent et
exoratum, primum durata pruinis itinera, ubi nec adultae in pastum
herbae repperirentur nec cetera usui congrua, penetrari non posse 15
firmantes, dein uicinorum Galliis regum immanitatem maximeque
omnium Macriani ut formidati tunc praetendentes, quem constabat
4 impacatum relictum etiam ipsa urbium moenia temptaturum. haec
memorantes addentesque utilia reduxere eum in meliorem sententiam /
statimque, ut conducebat rei communi, prope Mogontiacum blandius 20
rex ante dictus accitur, procliuis ipse quoque ad excipiendum foedus,
ut apparebat. et uenit immane quo quantoque flatu distentus ut fu-

1 se- **M** secessum **V***A* secessu **E***G* | urgente (*ex* -tae?) **M** urgentę **V** | rati-
one for- **M** r. formidinem **VE***A* rationem formidine *G* || 2 innudato **MV** in-
nodato **E***AG* | laqueis **VE***A* (*periit in* **M**) laquei *G* | it(?) **M** interii **V** inter-
iit **E***AG* || 3 secuturos thecanno **MV***A* secuti sunt hoc anno **E** Secuto post
haec a. *G* | grauiano **VE***A* | aequitio **MV***A* Equitio **E***G* || 4 alimanniae **V**
Alemanniae **E***G* | munimentum *om.* **E** || 6 -ur **M** offectur ♂ **V** | prouido-
gen- **M** prouido gentis **V***A* prouidi **E** Probi docentis *G* | illyri ♂ **V** (*periit
in* **M**) ylirici **E** Illyricae *A* Illyrici *G* || 9 indagini **V** (*periit in* **M**) indagine
E*AG* | q. ueueris **M** q; ueteris **V** que ueris **E***AG* | gesto- **M** gesterum ♂ **V** |
acceptis *om.* **E** | -re (-et?) **M** euolaret **V** euolare **E***AG* || 10 festinaret **MV***A*
festinabat **E***G* festinarat *Günther* destinarat *Harmon* | ausus **MV** ausos **E***AG* |
teme *uerb. ult. in frgm. imperfecto* **M** *a* rare ... tem *incipit nouum frgm. inte-
grum* **M** | primos **V** primo **E***AG* || 11 ut mente conceperat *om.* **E** | qua **MV**
quem **E** quia *AG* || 12 atnitebantur **MV** || 13 ueris *post* principium *add.* **E***AG*
ante pr. *colloc. Harmon* | oratum eum pertinerent et **M** o. e. perciperent et **V***A*
eum preriperent et **E** eum pertinerent *G* retinerent *Momms.* || 15 ceteri ♂ **V** |
sui **MV** usui *G* | congraua **V** *corr. m3* | paenetrari **M** || 16 gallus **V** *corr. m3* ||
17 macriano **MV** Macriani **E***AG* || 19 sentiam ♂ **V** || 20 conducebat *ex* condu-
cebant **M** conducebant **V** | mogonciacum **MV** magonciacum **E** Mogontiacum
AG | blandus **MV***A* blandius **E***G* || 22 itaparebat **M** ut apparebat **VE***AG* |
quanto (*ex* -te **M**) quae **MV** quantoque **E***AG*

turus arbiter superior pacis dieque praedicto colloquii ad ipsam
marginem Rheni caput altius erigens stetit hinc inde sonitu scutorum
intonante gentilium. contra Augustus escensis amnicis lembis saeptus 5
ipse quoque multitudine castrensium ordinum tutius prope ripas
5 accessit signorum fulgentium nitore conspicuus et immodestis gesti-
bus murmureque barbarico tandem sedato post dicta et audita ultro
citroque uersus amicitia media sacramenti fide firmatur. hisque per- 6
fectis discessit turbarum rex artifex delenitus futurus nobis deinceps
socius et dedit postea ad usque uitae tempus extremum constantis in
10 concordiam animi facinorum documentum pulchrorum. periit autem 7
in Francia postea, quam dum interneciue uastando perrupit auidius, /
oppetit Mallobaudis bellicosi regis insidiis circumuentus. post foedus
tamen sollemni ritu impletum Treueros Valentinianus ad hiberna
discessit.

15 Haec per Gallias et latus agebantur arctoum. at in eois partibus 4
alto externorum silentio intestina pernicies augebatur per Valentis
amicos et proximos, apud quos honestate utilitas erat antiquior. na-
uabatur enim opera diligens, ut homo rigidus audire cupiens lites a
studio iudicandi reuocaretur metu, ne ita ut Iuliani temporibus de-
20 fensione innocentiae respirante frangeretur potentium tumor assump-
ta licentia latius solitus euagari. ob haec et similia concordi consensu 2
dehortantibus multis maximeque Modesto praefecto praetorio regio-
rum arbitrio spadonum exposito et subagreste ingenium nullius uetu-
statis lectionibus expolitum coacto uultu fallente et asserente, quod
25 infra imperiale columen causarum essent minutiae priuatarum, ille
ad humilitandam celsitudinem potestatis negotiorum examina spec-

1 dicque prodicto **MV** dieque praedicto **E***A G* | colloqui *A* || 2 marghinem **MV** (*corr. m3*) || 3 augustos **M** (*ex* -tus) **V** Augustus **E***A G* | esensis **MV** exscensis **E** extensis *A* ascensis *G* escensis *Eyss.* | septus **MV** (*ex* eptus) || 4 tutius **M***G* totius **M***m2***V** *om.* **E** totus *A* || 6 murmurque **MV** murmureque **E***A G* || 7 uersu **MV** (*add. sup. lin. m2*) *A* *om.* **E** uersus *G* uersum *Maas* uersa *Harmon* | sacramenti et inti fide **MV** s. fide **E***A G* *def. Meurig-D.* s. et ritus f. *dubit. Cl. in app.* || 8 delinitus **MV** delenitus *Hadr. Val.* || 10 periit *ex* perut **V** || 11 perrumpit **E***G* || 12 oppetiit **E***G* | mellobaudis **MV** Mallobaudis *Lind.* || 15 aroto um *ex* areto um (*m2*) **M** arctoum *ex* utroto um (*m2*) **V** arthoum **E** arctoum *A G* || 16 intestino **MVE** intestina *A G* || 17 nouabatur **V** || 18. 19 astudior **MV** à studio **E***A G* || 20 innocentia **MV** innocentiae *Michael* | frangerentur **M** frangeretur **VE***A G* | tum quod sumpta **MV** tumor adsumpta *G* || 22 regionum **V***m2***E** || 23 ingentium **MV** ingenium **E***A G* | nullius **MV** *def. Löfst. Blomgren* nullis *G* || 24 legationibus **MV** lectionibus **V***m2***E***A G* || 25 infra *ex* imfra **M** | im[periale (-ial- *ex* -pg-) columen causarum esse]nt **M** imperiole **V** culmen *G* || 26 humiliandum *G* | spec *uerb. ult. in frgm.* **M** | spectandorum *C. F. W. M.* *reiec. Blomgren*

tanda instituisse arbitratus, ut monebat, abstinuit penitus laxauitque rapinarum fores, quae roborabantur in dies iudicum aduocatorumque prauitate sententium paria, qui tenuiorum negotia militaris rei rectoribus uel intra palatium ualidis uenditantes aut opes aut honores quaesiuere praeclaros. 5

3 Hanc professionem oratorum forensium *πολιτικῆς μορίου εἴδωλον*, id est ciuilitatis particulae umbram, uel adulationis partem quartam esse definit amplitudo Platonis, Epicurus autem *κακοτεχνίαν* nominans inter artes numerat malas, Tisias suasionis opificem esse memo-

4 rat assentiente Leontino Gorgia. quam a ueteribus ita determinatam / 10 orientalium quorundam uersutia ad usque bonorum extulit odium, / unde etiam retinaculis temporis praestituti frenatur. ergo absolutis super eius indignitate paucis, quam in illis partibus agens expertus sum, ad coeptorum cursum regrediar institutum.

5 Florebant elegantiae priscae patrociniis tribunalia, cum oratores 15 concitae facundiae attenti studiis doctrinarum ingenio, fide, copiis ornamentisque dicendi pluribus eminebant ut Demosthenes, quo dicturo concursus audiendi causa ex tota Graecia fieri solitos monumentis Atticis continetur, et Callistratus, quem nobilem illam super Oropo causam, qui locus in Euboea est, perorantem idem Demosthenes 20 Academia cum Platone relicta sectatus est, ut Hyperides et Aeschines et Andocides et Dinarchus et Antiphon ille Rhamnusius, quem ob defensum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepisse

6 mercedem. nec minus apud Romanos Rutilii et Galbae et Scauri uita, moribus frugalitateque spectati et postea per uarias aeui sequentis 25

1 instituta esse *G* | monebatur *Günther* monebant *Momms.* || 2 plures V fores *G* funes *Pet.* ianuas plures *Her.* aditus p. *Walter* | roborantur V roborabantur *G def. C. F. W. M.* || 3 sententium V sententium E*AG* | paria *ex* parii (*m2*) V || 4 uenditante *ex* uendiasten (*m2*) V uenditante E uenditantes *AG* || 6 oraturum V oratorum E*AG* | forens iure V forensi iure E*A* forensium *G* | ΠΟΑΙΤΙΚΗC ΜΟΡΙΟ ΥΙΔωΔΟΝ V ΠΟΛΙΤΙΚΗC ΜΟΡΙΟΥ ΙΔωΛΟΝ E *πολιτικῆς μορίου εἴδωλον AG* || 7 adultionis V adulationis E*m2* *AG* || 8 definitam VE (definiuit *in marg. m2*) definit *AG* | ΚΑΚΟΤΕΧΝΙΑΝ VE *κακοτεχνίαν AG* | annominans *Cl. c. c. in app.* || 9 ΚΤ(Ι?)ΗCΙΑC V ΚΤΗCΙΑC E Ctesias *AG* Tisias *Val.* || 10 uerteribus V ueteribus E*AG* | deternatam V detestatam E determinatam *AG* || 11 uersutiam VE uersutia *AG* || 13 paucis V*AG* *def. Blomgren om.* E perpaucis *Bae. c. c.* || 15 oratoris VE oratores *AG* || 17 demothenes V Demosthenes E*AG* || 18 audienda VE audiendi *AG* | graetia V || 20 ropo VE rodo E*m2* Oropo *AG* | euada VE Euboea *AG* Boeotia *dubit. Cl. in app.* || 21 ΥΠΕΡΙΔΗC V Hyperides E*AG* | etexhinc V*G* exhinc E et Aeschines *A* || 22 ramnusius VE Rhamnusius *AG* || 24 *minus (i *add. m2*) V || 25 saequentes V *corr. m3*

aetates censorii et consulares multi et triumphales, Crassi et Antonii
et cum Philippis Scaeuolae aliique numerosi, post exercitus prosper-
rime ductos, post uictorias et tropaea ciuilibus stipendiorum officiis
floruerunt laureasque fori speciosis certaminibus occupantes summis
5 gloriae honoribus fruebantur. 7 post quos excellentissimus omnium
Cicero, orationis imperiosae fulminibus saepe depressos aliquos iudi-
ciorum eripiens flammis, „non defendi homines sine uituperatione
fortasse posse, neglegenter defendi sine scelere non posse“ firmabat.

8 At nunc uidere est per eoos omnes tractus uiolenta et rapacissima
10 genera hominum per fora omnia uolitantium et subsidentium diuites
domus ut Spartanos canes aut Cretas uestigia sagacius colligendo /
ad ipsa cubilia peruenire causarum.

9 In his primus est coetus eorum, qui seminando diuersa iurgia per
uadimonia mille iactantur uiduarum postes et orborum limina dete-
15 rentes et aut inter discordantes amicos aut propinquantes uel affines,
si simultatum leuia senserint receptacula, odia struentes infesta. in
quibus aetatis progressu non ut aliorum uitia intepescunt, sed magis
magisque roborantur inter rapinas insatiabiles inopes ad capiendam
uersutis orationibus iudicum fidem, quorum nomen ex iustitia natum
20 est, sicam ingenii destringentes. 10 horum obstinatione libertatem teme-
ritas, constantiam audacia praeceps, eloquentiam inanis quaedam
imitatur fluentia loquendi; quarum artium scaeuitate, ut Tullius
asseuerat, nefas est ad religionem decipi iudicantes. ait enim: „cum-
que nihil tam incorruptum esse debeat in re publica quam suffragium,
25 quam sententia, non intellego, cur, qui ea pecunia corruperit, poena
dignus sit, qui eloquentia, laudem etiam ferat. mihi quidem hoc plus
mali facere uidetur, qui oratione, quam qui pretio iudicem corrumpit,
quod pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest.“

1 consulores V *corr. m3* | crassii V *corr. m3* || 3 ductus V ductos E*AG* | ciuilique V ciuilibus E*AG* || 4 foris V fori *G* || 6 fulminibus V*G* fluminibus E*A* || 9 ad V *corr. m3* | eos V eoos *Loisel. ex cod. Valent.* | uiolente trapacissima V uiolenta et rapacissima E*AG* || 11 et domus VE domus *A* domos *G* | sparta V Spartanos E*m2G* Spartae *A* | Cretae *A* || 13 primis V primus E*AG* | liminando VE seminando *A* minando *G* || 14 poteste turborum V *corr. m3* potestatum superborum E | deterrentes V decurrentes E deterentes *AG* || 15 aut[1]] aui V aut E*m2A* auidi *G* | discordiantes V discordantes E*AG* | propinquos *AG* || 16 si *add. Hadr. Val.* cum *Nov.* | leuias inserin in V leuia inserunt E l. inseri in *A* ob l. scrinii *G* l. senserint *Hadr. Val.* || 17 ut *add. G* | uicia ♂ V || 18 enormes *uel* inormes *C. F. W. M.* || 20 distringentes V*AG* distinguentes E destringentes *Gron.* | obstinatione *om. G* || 22 fluentia V *def. Georges Langen* adfluentia *Her.* (ad *ex l. 23*) | saeuitate *G* || 23 ad religionem V *def. Blomgren* ad *om. G* || 25 sententiam VE sententia *AG*

11 Secundum est genus eorum, qui iuris professi scientiam, quam repugnantium sibi legum aboleuere discidia, uelut uinculis ori impositis reticentes iugi silentio umbrarum sunt similes propriarum. hi uelut fata natalicia praemonstrantes aut Sibyllae oraculorum interpretes uultus grauitate ad habitum composita tristiorem ipsum quo- 5
12 que uenditant, quod oscitantur. hi ut altius uideantur iura callere, / Trebatium loquuntur et Cascellium et Alfenum et Auruncorum Sicanorumque iam diu leges ignotas cum Euandri matre abhinc saeculis obrutas multis. et si uoluntate matrem tuam finxeris occidisse, / multas tibi suffragari absolutionem lectiones reconditas pollicentur, / 10 si te senserint esse nummatum.

13 Tertius eorum est ordo, qui, ut in professione turbulenta clarescant,/ ad expugnandam ueritatem ora mercennaria procudentes per prostitutas frontes uilesque latratus, quo uelint, aditus sibi patefaciunt crebros. qui inter sollicitudines iudicum per multa distentas irresolu- 15 bili nexu uincientes negotia laborant, ut omnis quies litibus implicetur, et nodosis quaestionibus de industria iudicia circumscribunt, / quae, cum recte procedunt, delubra sunt aequitatis, cum deprauantur, foueae fallaces et caecae; in quas si captus ceciderit quisquam, / non nisi per multa exsiliet lustra ad usque ipsas medullas exsuctus. 20

14 Quartum atque postremum est genus impudens, peruicax et indoctum eorum, qui, cum immature a litterariis eruperint ludis, per angulos ciuitatum discurrunt mimiambos non causarum remediis congrua commentantes fores diuitum deterendo cenarum ciborumque aucu-
15 pantes delicias exquisitas. qui cum semel umbraticis lucris et inhian- 25 dae undique pecuniae sese dediderint, litigare frustra quoslibet innocentes hortantur et ad defendendam causam admissi, quod raro

2 dissidia *G* ‖ 3 ret*icente (*fu.* t) **V** reticentes *Val.* | sint **V***A* sunt **E***G* ‖ 3.4 hi*ielut (*i *ex* u) **V** hi uelut **E***AG* ‖ 4 oraculum **V** oraculi **E** oraculorum *AG* ‖ 7 locantur **V** iocantur **E** loquuntur *AG* | castellium **V** Caesellium *G* Cascellium *Val.* (CN) | auponcorum **VE** Aruncorum *A* Auruncorum *G* ‖ 8 dici legesi gaotas **V** d. leges ignotas **V***m3 A* d. l. sagacitas (signatas *m2*, ignotas *m3 in marg.*) **E** diu l. ignotas *G* | cubandri **V** Euandri **E***AG* ‖ 9 multi **VE** multis *AG* ‖ 10 suffragi **V** suffragii **E***A* suffragantes *G* suffragari *Hadr. Val.* ‖ 11 esse nummatum *post* senserint *add.* **V***m2 sup. lin.* senserint esse n. **E***A* nummatum senserint *G* ‖ 12 m *ante* est *del.* **V***m2* | proffessione **V** ‖ 13 mercenaria **V** | per] post *Corn. def. Pet.* | prostituas **VE** prostitutas *AG* ‖ 15 sollicitudine **V** sollicitudines **E***m2 AG* | inresubilo **V** inresolubili **E***m2 AG* ‖ 16 inplicitur **V** implicetur **E***m2 AG* ‖ 17 questionibus **V** qoib; **E** quaestionibus *AG* ‖ 20 per **V** *def. Löfst.* post *Corn. def. Pet.* ‖ 21 inpunes **V** impune **E***A* impudens *G* ‖ 22 litteris **V** litterarum **E***m2* (*? in marg.*) *Nov.* litterariis *AG* ‖ 26 peccuniae **V**

contingit, suscepti nomen et uim negotii sub ore disceptatoris inter
ipsos conflictuum articulos instruuntur circumlocutionibus indigestis
ita scatentes, ut in colluuione taeterrima audire existimes ululabili
clamore Thersiten. cum autem ad inopiam muniendarum uenerint 16
5 allegationum, ad effrenatam deflectunt conuiciandi licentiam; quo
nomine ob assidua in personas honorabiles probra diebus dictis ali-
quotiens sunt damnati. e quibus ita sunt rudes nonnulli, ut num-
quam se codices habuisse meminerint. et si in circulo doctorum auc- 17
toris ueteris inciderit nomen, piscis aut edulii peregrinum esse uoca-
10 bulum arbitrantur, si uero aduena quisquam inusitatum sibi antea
Marcianum uerbo tenus quaesierit oratorem, omnes confestim Mar-
cianos appellari se fingunt. nec iam fas ullum prae oculis habent, sed 18
tamquam auaritiae uenumdati et usucapti nihil praeter inseminatam
petendi licentiam norunt. et si quem semel intra retia ceperint, cassi-
15 bus mille impedicant per morborum simulationem uicissim consulto
cessantes; utque peruulgati iuris proferatur lectio una, septem uendi-
biles introitus praeparant dilationum examina longissima contexen-
tes. et cum nudatis litigatoribus dies cesserint et menses et anni, tan- 19
dem obtrita uetustate controuersia intromissa ipsa capita splendoris
20 ingressa alia secum aduocatorum simulacra inducunt. cumque intra
cancellorum uenerint saepta et agi coeperint alicuius fortunae uel
salus atque laborari debeat, ut ab insonte gladius uel calamitosa detri-
menta pellantur, corrugatis hinc inde frontibus brachiisque histrio-
nico gestu formatis, ut contionaria Gracchi fistula post occipitium
25 desit, consistitur altrinsecus diu tandemque ex praemeditato collu-
dio per eum, qui est in uerba fidentior, suaue quoddam principium

1 cintingit ♂ **V** ‖ 3 utconlu (*del. m2*) utconluinones **V** ut colluuiones **E***A* ut conluuionis *G* ut in conluuione *Pet.* | teterrima **V** *def. Pet.* teterrimas **E***A* teterrimae **E***m2G* ‖ 4 clamor ethersiten **V** clamore Thersiten **E***m2AG* ‖ 5 allegationem **V** allegationum **E***m2AG* | defrenatam **V** efrenatam **E***A* (effr-) *G* | conuiciendi **V** conuiciandi **E***AG* ‖ 6 ab **VE** ad *A* ob *G* | horiorabiles ♂ **V** | dioctis **V** dictis **E***G* et noctibus **E***m2 in marg.* et n. dictis *A* ‖ 9 edulli **V** edulii **E***AG* ‖ 10 inuisitatum *dubit. Wagn. in comm. def. Pet. reiec. Löfst.* ‖ 13 tamquod **V** *def. Löfst.* tanquam **E***AG* | in se innatam **E***A* interminatam *Hadr. Val.* ‖ 15 inconsulto **V***A* consulto **E***G* ‖ 16 peruulganti **V** peruulgati **E***AG* | uana **VE***A* una **E***m2G* ‖ 17 exanima **V** examina **E***AG* ‖ 20 aduocatorem **V** aduocatorum **E***AG* ‖ 21 septe **V** septa **E***AG* ‖ 22 laborati **V** laborari **E***AG* | debeatur **E** deberet *dubit Cl. c. c. in app.* | calamitoso *G* ‖ 23 conrogatis **V** conrugatis **E***AG* | bracchuusque **V** brachiis **E** brachiisque *AG* ‖ 24 concionaria **V** | grachi **VE** Gracchi *AG* | sola *post* fistula *add. Schneider* (*cf. 28, 4, 13*) *reiecimus* | occipium **V** occipitium **E***AG*

dicendi exoritur Cluentianae uel pro Ctesiphonte orationum aemula ornamenta promittens et in eam conclusionem cunctis finem cupientibus desinit, ut nondum se patroni post speciem litis triennium editam causentur instructos, spatioque prorogati temporis impetrato quasi cum Antaeo uetere colluctati perseueranter flagitant pulueris peri- 5 culosi mercedes.

20 Verum tamen haec cum ita sint, non desunt aduocatis incommoda plurima parum sustinenda recte uicturo. namque sellulariis quaestibus inescati inter se hostiliter dissident et rupta maledicendi ferocia, / ut dictum est, multos offendunt; quam tunc effutiunt, cum commis- 10 sarum sibi causarum infirmitatem orationibus ualidis conuelare non 21 possunt. et iudices patiuntur interdum doctos ex Philistionis aut Aesopi cauillationibus, quam ex Aristidis illius Iusti uel Catonis disciplina productos; qui aere graui mercati publicas potestates ut creditores molesti opes cuiusque modi fortunae rimantes alienis gre- 15 22 miis excutiunt praedas. ad ultimum id habet causidicina cum ceteris metuendum et graue, quod hoc ingenitum est paene litigantibus cunctis, ut, cum iurgia mille casibus cadant, accidentia secus in potestate esse existiment patronorum et omnem certaminum exitum isdem soleant assignare et non uitiis rerum aut iniquitati aliquotiens 20 disceptantium, sed solis defensantibus irascantur. uerum unde huc declinauimus, reuertamur.

5 Pubescente iam uere Valentinianus a Treueris motus per nota itinera gradu celeri contendebat eique regiones aduentanti, quas petebat, legatio Sarmatarum offertur pedibusque eius prostrata orabat 25 pacifica prece, ut propitius ueniret et lenis nullius diri facinoris parti- 2 cipes populares suos inuenturus aut conscios. quibus saepe eadem iterantibus hactenus perpensa deliberatione respondit, haec in locis, ubi dicuntur admissa, quaerenda uerissimis documentis et uindicanda. cumque exinde Carnuntum Illyriorum oppidum introisset, desertum 30 quidem nunc et squalens, sed ductori exercitus perquam opportunum,/

1 etaritur **V** exoritur **E** *Pet. Gudeman* capitur *A* exeritur *G* | cluenda ne **VE** Cluentianae *A* pro Cluentio *G* | proctesi fontes **V** pro cthesifonte **E** pro Ctesiphonte *AG* || 4 imperato **V***A* impetrato **E***G* || 9 inescat **V** *lac. 5 litt.* **E** inescant *A* inescati *G* | rupta **V** *def. Walter* erupta *Gdt.* abrupta *Momms.* praerupta *Nov.* || 10 effugiunt **V** effutiunt *G* || 11 orationibus **V** *restituimus* rationibus *Lind.* | conualere **V** conuelare *G def. Hertz* (*cf. Gell. 6, 3, 44*) conuallare *Grut.* || 14 mercatis **V** mercati **E***m2 AG* || 15 cuiusce **V** huiusce **E***A* cuiusque *G* || 18 occidentia sectis **V***A* accidentia certis **E** a. secus *G* || 20 solant **V** solent **E***A* soleant *G* || 21 hinc **V***A* ut (*ante* unde) **E** huc *G* || 25 sarriatarum **V** Sarmatarum *G* | offere **V** offerre **E***A* offertur *G* offerebatur *dubit. Cl. in app.* || 26 elenes **V** et lenis **E***AG* || 26. 27 particeps popularis **VE** participes populares *AG*

ubi fors copiam dedisset aut ratio, e statione proxima reprimebat
barbaricos appetitus.
Et quamquam terrori cunctis erat, dum sperabatur, ut acer et uehe- 3
mens mox iudices damnari iussurus, quorum perfidia uel secessione
5 Pannoniarum nudatum est latus, cum illuc uenisset, ita intepuit, ut
neque in Gabinii regis inquireret necem neque inusta rei publicae
uulnera, quo sinente uel agente segnius euenissent, curatius uesti-
garet eo uidelicet more, quo erat seuerus in gregariis corrigendis, re-
missior erga maiores fortunas uel uerbis asperioribus incessendas.
10 solum tamen incitato petebat odio Probum numquam, ex quo eum 4
uiderat, minari desinens uel mitescens; cuius rei causae nec obscurae
fuerunt nec leues. hic praefecturam praetorio tunc primitus nanctus /
eamque multis atque utinam probabilibus modis in longum proferre
gestiens, non, ut prosapiae suae claritudo monebat, plus adulationi
15 quam uerecundiae dedit. contemplatus enim propositum principis / 5
quaerendae undique pecuniae uias absque iustorum iniustorumque
discretione scrutantis errantem non reducebat ad aequitatis trami-
tem, ut saepe moderatores fecere tranquilli, sed ipse quoque flexibilem
sequebatur atque trauersum. unde graues oboedientium casus. ex- 6
20 itialia prouisorum nomina titulorum iuxta opulentas et tenues ener-
uatas succidere fortunas argumentis aliis, post ualidioribus aliis, usu
laedendi repperiente longaeuo. denique tributorum onera uectigalium-
que augmenta multiplicata optimatum quosdam ultimorum metu
exagitatos mutare compulit sedes et flagitantium ministrorum ama-
25 ritudine quidam expressi, cum non suppeteret, quod daretur, erant
perpetui carcerum inquilini; e quibus aliquos, cum uitae iam taederet
et lucis, suspendiorum exoptata remedia consumpserunt. haec ita 7
illecebrosius atque inhumanius agi loquebatur quidem pertinax ru-
mor; Valentinianus uero tamquam auribus cera illitis ignorabat in-

1 foris **VE** fors *AG* || **2** baricos **V** barbaricos **E***AG* || **3** ageret **V** acer et *G* || **5** pannaniorum **V** Pannoniarum **E***AG* || **6** iniusta **VE** inusta *AG* | publica **V** p. **E** publicae *AG* || **7** ut curatius **V***A* accuratius **E***G* curatius *Btl. Nov.* || **9** asperiobus **V** asperioribus **E***AG* || **12** tunc] haud *Momms.* non *ante* tunc *add. Her.* (*cf. 27, 11, 1*) *reiec. Sey.* || **14** spatium *ante* gestiens *add. dubit. Her. c. c.* tempus *post* gestiens *Nov. reiec. Sey.* || **17** scrutantes **VE** scrutantis *AG* || **18** facere **V** fecere **E***AG* || **19** transuersum **E***A* | et *ante* exitialia *add. Her. reiec. Sey.* || **21** post aliis *tr. G* || **22** per *post* denique *add. Her. reiecimus* || **23** metuu ♂ **V** || **24** conpulit **V** *def. dubit. Val. in adn.* (*ut serm. Graecum*) compulerunt *G def. Harmon* | effligitantium **V** efflagitantium **E***A* et flagitantium *G* || **25** oppressi *G* || **26** allquos **V** || **27** exopta **V** exorta **E***A* exoptata *G* || **28** inhumanus **V** inhumanius **E***AG* || **29** ininlitis **V** inlitis **E***AG* | indifferenter quidem pertinax rumor *ante* indifferenter *del.* (*m1 ?*) **V**

differenter quidem lucrandi uel ex rebus minimis auidus idque tantum
cogitans, quod offerebatur, parsurus tamen fortasse Pannoniis, si
haec ante ingemescenda compendia comperisset, quae nimium sero
8 tali didicit casu. ad prouincialium residuorum exemplum etiam Epi-
rotae acturos sibi gratias a praefecto mittere compulsi legatos Iphiclen 5
quendam philosophum, spectatum robore pectoris hominem, ad-
9 egere, non sponte propria, pergere ad id munus implendum. qui cum
imperatorem uidisset, agnitus aduentusque sui causam interrogatus /
Graece respondit atque ut philosophus ueritatis professor quaerente
curatius principe, si hi, qui misere, ex animo bene sentiunt de prae- 10
10 fecto, „gementes“ inquit „et inuiti“. quo ille uerbo tamquam telo
perculsus actus eius ut sagax bestia rimabatur genuino percunctando
sermone, quod noscitabat, ubinam ille esset uerbi gratia honore ante
suos cellens et nomine uel ille diues aut alius ordinis primus. cumque
disceret perisse aliquem laqueo, abisse alium trans mare, consciuisse 15
sibi alium mortem aut plumbo uita erepta exstinctum, in immensum
excanduit urente irarum nutrimenta tunc officiorum magistro Leone /
— pro nefas! — ipso quoque praefecturam, ut e celsiore scopulo cade-
ret, affectante; quam si adeptus rexisset, prae his, quae erat ausurus, /
administratio Probi ferebatur in caelum. 20

11 Agens itaque apud Carnuntum imperator per continuos tres menses
aestiuos arma parabat et alimenta, si qua fors secundasset, perua-
surus opportune Quados, tumultus atrocis auctores; in quo oppido
Faustinus, filius sororis Viuentii praefecti praetorio, notarius militans,/
Probo spectante negotium carnificis manu peremptus est post tor- 25
menta uocatus in crimen, quod asinum occidisse dicebatur ad usum
artium secretarum, ut asserebant quidam urgentes, ut autem aiebat
12 ille ad imbecillitatem firmandam fluentium capillorum. alio quoque
in eum perniciose composito, quod petenti per iocum cuidam Nigrino,

1 quidem *del. Her. Nov. Pet.* | uelut V uel *G* | rebis ♂V || 3 dispendia *Her. Nov.* || 5 ligato sifiden V legatos ifiden V*m3 A* (-dem) l. sifidem E l., Iphíclen *G* || 6 filosofum V | robure ♂ V || 8 agnitot V agnitor E agnitus *AG* || 9 professior V professor E*AG* || 10 se sitiunt V sentiunt E*AG* || 11 inquid V | quod V quo E*AG* || 12 agax V sagax E*AG* || 13 quod V quos *Val. in adn.* | non scitabat V*G* noscitabat E*A* || 13.14 ante suos cellens V̄*A* *Val. def. dubit. Bae. Pighi Blomgren* a. s. excellens E inter s. antecellens *G* s. a. *Her.* || 15 consciuis V conciuisse E consciuisse *AG* || 18 profecturam V praefecturam E*AG* | te V ut E ut e *A* si *G* | celsior è *G* || 19 era V aera E erat *AG* || 20 administrato V administratio E*AG* || 22 aestibus VE aestiuos *AG* | fros V fors E*AG* || 23 tumultos atroces V tumultus atrocis E*AG* || 27.28 urgentes. Ut capillorum VE u. et cauillorum *A* autem — fluentium *add. G* || 29 pernitiose V | petente *A* | quidam VE quodam *A* cuidam *G*

ut eum notarium faceret, exclamauit ille hominem ridens: „fac me imperatorem, si id uolueris impetrare.“ hocque ludibrio inique interpretato et Faustinus ipse et Nigrinus et alii sunt interfecti.

13 Praemisso igitur Merobaude cum militari peditum manu, quam re-
5 gebat, ad uastandos cremandosque barbaricos pagos comite adiuncto Sebastiano Valentinianus Aquincum propere castra commouit nauigiisque ad repentinum casum coniunctis et contabulato celeri studio ponte per partem aliam transiit in Quados speculantes quidem ex diruptis montibus eius aduentum, quo plerique ancipites incertique
10 accidentium cum suis caritatibus secesserunt, sed stupore defixos, / cum in regionibus suis contra, quam opinabantur, augusta cernerent signa. 14 progressus ergo coacto gradu, in quantum res tulit, iugulataque aetate promiscua, quam etiamtum palantem subitus occupauit excursus, et tectis combustis redit cum incolumibus cunctis, quos
15 duxerat secum, itidemque apud Aquincum moratus autumno praecipiti per tractus conglaciari frigoribus assuetos commoda quaerebat hiberna nullaque sedes idonea repperiri praeter Sauariam poterat, / quamuis eo inualidam tempore assiduisque malis afflictam. 15 unde hoc, etiam si magni intererat, paulisper sequestrato impigre motus per-
20 agrata fluminis ripa castrisque praesidio competenti munitis atque castellis Brigetionem peruenit ibique diu compositum ad quietem principis fatum sortem denuntiabat ei supremam prodigiis ingerentibus multis. 16 namque diebus ante paucissimis ruinas fortunarum indicantia celsarum arsere crinita sidera cometarum, quorum originem
25 supra docuimus. ante apud Sirmium repentino fragore nubium fulmen excussum palatii et curiae partem incendit et fori et apud Sauariam eodem adhuc constituto bubo culminibus regii lauacri insidens / occentansque funebria nulla iacientium sagittas et lapides contempla-

1 rideus V ridens E*AG* || 2 iniquo V inique E*AG* || 5 adiunto ♂ V || 6 séuastigiano V Sebastiano *G* | acincum V *def. Češka* | prope V*AG* *om.* E propere *Val.* (W*m2*) || 8 a*liam (*fu.* 1) V || 10 caritabus V caritatibus E*AG* || 12 ego V ergo E*AG* | coacto V *def. Meurig-D.* concito *Günther* || 13 promis quamquam V promiscua quam E*AG* || 14 rediit E*G* || 15 acincum V *def. Češka* || 17 hiberny V hibernis E hiberna *AG* | sede *G* | praeteriri V reperiri E*A* potiri *G* | sabariam V*AG* Sabbariam E Sauariam *Her.* || 18 inualida VE inualidam *AG* | adfictam unde (de *add. sup. lin. m2*) V adflictam. unde E*AG* || 21 bregitionem V Brigetionem *Sey.* | at V ad E*AG* || 22 suppremam V || 24 celsorum VE celsarum *AG* | crinitas V crinita E*AG* | comittarum V cometarum E*AG* || 25 ante] et *G* || 26 suariam V*A* Sabariam E*G* Sauariam *Her.* || 27 regula bracri V regii lauacri E*AG* | considens *G* || 28 fubria V funebria E*AG* | lacientium V iacientium E*AG*

bili dextera cadere potuit, certatim licet ardenti studio petebatur. /
17 item cum ab urbe praedicta tenderet ad procinctum, per portam
uoluit, unde introiit, exire, ut omen colligeret, quod cito remeabit
ad Gallias. cumque locus aggestis ruderibus neglectus purgatur, lap-
sam forem ferratam, quae exitum obserauit, multitudo remouere non 5
potuit uiribus magnis enisa et ille, ne frustra tereret diem, coactus
18 per aliam egressus est portam. nocteque, quam lux ereptura eum uita
secuta est, ut per quietem solet, uidebat coniugem suam absentem /
sedere passis capillis amictu squalenti contectam; quam aestimari
19 dabatur Fortunam eius esse cum taetro habitu iam discessuram. pro- 10
gressus deinde matutinus contractiore uultu subtristis, cum eum
oblatus non susciperet equus anteriores pedes praeter morem erigens
in sublime, innata feritate concitus, ut erat immanis, dexteram stra-
toris militis iussit abscidi, quae eum insilientem iumento fulserat con-
suete, perissetque cruciabiliter innocens iuuenis, ni tribunus stabuli 15
Cerialis dirum nefas cum sui periculo distulisset.

6 Post haec Quadorum uenere legati pacem cum praeteritorum ob-
litteratione suppliciter obsecrantes, quam ut adipisci sine obstaculo
possent, et tirocinium et quaedam utilia rei Romanae pollicebantur. /
2 quos quoniam suscipi placuit et redire indutiis, quae poscebantur, 20
indultis, quippe eos uexari diutius nec ciborum inopia nec alienum
tempus anni patiebantur, in consistorium Equitio suadente sunt intro-
missi. cumque membris incuruatis starent metu debiles et praestricti, /
docere iussi, quae ferebant, usitatas illas causationum species iurandi

1 ardentis studia **V** ardenti studio **E***AG* || 2 a **V** ad **E***AG* || 3 omnem **V** omen **E***AG* | remeauit **V** remeabit **E***AG* || 4 cumque **V** *Hadr. Val. def. Ehrismann reiec. Opitz* dumque *Btl. C. F. W. M.* | purgatus **V** purgaretur *G* purgatur *Hadr. Val.* purgatus esset *Ehrismann reiec. Opitz* || 5 feratamque **V** ferratumque **E***A* ferratam, quae *G* | obseruauit **V** obserauit *G* || 6 etideni **V** et idem **E***A* et dum *G* ne ibidem *Momms.* ideo ne *Her.* ille ne *Fletcher prob. Miller* || 7 ereptura **V** *def. C. F. W. M. Naumann Pighi* eruptura *Gdt.* (**H**) *Löfst. Hartke* || 9 amictusque ualenti **V** a. Valentis **E** amictu squalenti **E***m2G* amictuque Valenti *A* || 11 matutinis **V** matutinus *G* || 12 aequos **V** equus **E***AG* | amorem **V** *om.* **E** morem *AG* || 13 stratori **E** || 14 militi **V** militis *Lind.* | pulserat **V** pulsarat *C. F. W. M. Corn.* fulserat *Pet.* (**W***m2*) | consuetu **VE** consueto *AG* conflictu *C. F. W. M.* inconsulto *Kießl. Corn.* consuete *Pet.* || 15 ne **V** ni **E***AG* || 17 obliteratio **V** obliteratione **E***AG* || 18 nesi **V** sine **E***AG* || 19 possit **V** possent **E***AG* possint *Ehrismann* || 20 suscepi **V** suscipi **E***AG* | et redere indutus **V** rediere indutiis **E** et redire i. *AG* || 21 os **V** eos **E***AG* | noc (♂) ciborum **V** || 22 ani **V** anni **E***AG* | in consistorium equitio in consistorio uadente **V** in consistorium (ium *m2*) ab e. **E** E. in c. uadente *A* in c. E. introducente *G* uadente *uel* suadente *Val. in adn.* || 23 curuatis *G*

fidem addendo firmabant, nihil ex communi mente procerum gentis
delictum asseuerantes in nostros, sed per extimos quosdam latrones
amnique confines euenisse, quae inciuiliter gesta sunt, etiam id quo-
que addendo ut sufficiens ad facta purganda firmantes, quod muni-
5 mentum exstrui coeptum nec iuste nec opportune ad ferociam animos
agrestes accendit. ad haec imperator ira uehementi perculsus et inter 3
exordia respondendi tumidior increpabat uerborum obiurgatorio so-
nu nationem omnem ut beneficiorum immemorem et ingratam. pau-
latimque lenitus et ad molliora propensior tamquam ictus e caelo /
10 uitalique uia uoceque simul obstructa suffectus igneo lumine cerne-
batur et repente cohibito sanguine letali sudore perfusus, ne labere-
tur spectantibus et uilibus, concursu ministrorum uitae secretioris ad
conclaue ductus est intimum. ubi locatus in lecto exiguas spiritus 4
reliquias trahens nondum intellegendi minuto uigore cunctos agnos-
15 cebat astantes, quos cubicularii, ne quis eum necatum suspicaretur, /
celeritate maxima corrogarant. et quoniam uiscerum flagrante com-
page laxanda erat necessario uena, nullus inueniri potuit medicus /
hanc ob causam, quod eos per uaria sparserat curaturos militem
pestilentiae morbo temptatum. unus tamen repertus uenam eius 5
20 iterum saepiusque pungendo ne guttam quidem cruoris elicere potuit /
internis nimietate calorum ambustis uel, ut quidam existimabant,
arefactis ideo membris, quod meatus aliqui, quos haemorrhoidas
nunc appellamus, obserati sunt gelidis frigoribus concrustati. sensit 6
immensa ui quadam urgente morborum ultimae necessitatis adesse
25 praescripta dicereque conatus aliqua uel mandare, ut singultus ilia
crebrius pulsans stridorque dentium et brachiorum motus uelut

1 menti ♂V | gentes **V** gentis *G* || 2 eximos **V** eximios **E** *A* extimos *G* extremos *Her.* || 6 agreste **V** agrestes **E** *A G* || 7 respondiuditumdior ♂V | obiurgatio **V** obiurgatorio **E** *A G* | sono **E** *A G* || 9 et ad molliora *add. G* || 9.10 ictus telo uitalia, uoceque *G* || 10 abstricta **VE** adstricta **E***m2 Her.* obstructa *A C. F. W. M.* obstricta *G* || 11 etrepene cubito **V** erumpente subito **E** *A* et repente cohibito *G* et r. coito *Hermann* et rigente subito *C. F. W. M.* et repente coacto *Dederichs* et tepente subito *Wakefield Günther* et torpente s. *Pet.* || 12 spectantibus et uilibus **V** *G def. Sey.* s. quibuslibet **E** s. exulibus **E***m2* (*in marg.*) *A g* s. peregrinis et uilibus *Nov.* s. multis et u. *Her. c. c. def. Rolfe* spectandus et u. *Harmon c. c.* spectantibus et uilioribus *Fletcher* | secretio ius **V** secretioris **E***m2* (*in marg.*) *G* secretius *A* || 13 locutus **VE** locatus *A G* | exigua **VE** exiguas *A G* || 14 intellegendo **V** intellegendi *G* || 22 quas **V** *A* quos **E** *G* | heroidas **VE** haemoroidas *A* haemorrhoidas *G* || 23 nunc **V** *def. Meurig-D.* nos *Kell.* | nunc appellamus *om. A* | obserate **V** obseratae **E** *A* obserati *G* | concrustate **V** concrustatae **E** *A* concrustati *G*

caestibus dimicantium indicabat, iam superatus liuentibusque macu-
lis interfusus animam diu colluctatam efflauit aetatis quinquagesimo
anno et quinto, imperii minus centum dies secundo et decimo.

7 Replicare nunc est opportunum, ut aliquotiens fecimus, et ab ortu
primigenio patris huiusce principis ad usque ipsius obitum actus eius 5
discurrere per epilogos breues nec uitiorum praetermisso discrimine
uel bonorum, quae potestatis amplitudo monstrauit nudare solita
semper animorum interna.

2 Natus apud Cibalas, Pannoniae oppidum, Gratianus maior ignobili
stirpe cognominatus est a pueritia prima Funarius ea re, quod non- 10
dum adultus uenalem circumferens funem quinque militibus eum
rapere studio magno conatis nequaquam cessit aemulatus Crotoniaten
Milonem, cui mala saepe cohaerenter laeua manu retinenti uel dextra /
3 nulla umquam uirium fortitudo abstraxit. ob ergo ualidi corporis
robur et peritiam militum more luctandi notior multis post dignita- 15
tem protectoris atque tribuni comes praefuit rei castrensi per Africam,/
unde furtorum suspicione contactus digressusque multo postea pari
potestate Britannicum rexit exercitum tandemque honeste sacra-
mento solutus reuertit ad larem et agens procul a strepitu multatione
bonorum afflictus est a Constantio hoc nomine, quod ciuili flagrante 20
discordia hospitio dicebatur suscepisse Magnentium per agrum suum
ad proposita festinantem.

4 Cuius meritis Valentinianus ab ineunte adolescentia commendabilis/
contextu suarum quoque suffragante uirtutum indutibus imperatoriae
maiestatis apud Nicaeam ornatus in Augustum collegium fratrem 25
Valentem asciuit ut germanitate, ita concordia sibi iunctissimum, /
inter probra medium et praecipua, quae loco docebimus competenti. /
5 igitur Valentinianus post periculorum molestias plures, dum esset

1 dictu cantium **V** ictu altercantium **E** dimicantium *AG* deluctantium *Her. reiec. Meurig-D.* | libentibusque **V** liuentibus **E** liuentibusque *AG* || 2 animum **V** *G* animam **E** *A* | conluctatum *G* | offlauit **V** efflauit **E** *AG* || 4 non **VE** nunc *AG* || 5 huiusce **V** *def. Fesser* huius *Her.* (ce = *correct. uocis* non *l. 4*) | obs (*lac. 8 litt.*) actus **V** obscuros a. (eius *om.*) **E** obitum a. *AG* o. omnes a. *Nov.* || 11 flumen **V** funem **E** *AG* || 13 cumala **V** cum mala **E** cum ala *A* cui mala *G* | coherente **V** cohaerenter *G* || 14 ualidis **V** ualidius **E** *Walter prob. Miller* ualidi *AG def. Hagend. Bae.* ualidum *Her.* | corporis (s *del. m2*) **V** corporis **E** *AG* || 16 protectioris **V** protectoris **E** *AG* || 17 futurorum **V** furtorum *G* | suspitione **V** | molto ♂ **V** || 18 brittanum **V** britanniae **E***m2* Britannum *AG* Brittanicum *Her.* || 23 meriti **V** meritis *G* || 24 contexu **V** contextu **E** *AG* | reparatoriae **VE** imperatoriae *AG* || 25 ornatis **V** ornatus **E** *AG* | collegiam **V** *om.* **E** collegam *A* collegium *G* | fratrem fratrem **V** fratrem **E** *AG* || 26 ut *add.* **E** *A* || ita *om.* *G* | concordi *G* | nunctissimum **V** iunctissimum **E** *G* coniunctissimum *A* || 28 eos et **VE** esset *AG*

priuatus, emensas imperitare exorsus, ut arces prope flumina sitas et urbes ... et Gallias petit Alamannicis patentes excursibus reuiuiscentibus erectius cognito principis Iuliani interitu, quem post Constantem solum omnium formidabant. ideo autem etiam Valentinianus 6
5 merito timebatur, quod auxit et exercitus ualido supplemento et utrubique Rhenum celsioribus castris muniuit atque castellis, ne latere usquam hostis ad nostra se proripiens possit.

Vtque multa praetereamus, quae egit moderatoris auctoritate fun- 7 dati quaeque per se uel duces correxit industrios, post Gratianum
10 filium in societatem suae potestatis assumptum Vithicabium regem Alamannorum, Vadomario genitum, adolescentem in flore primo genarum, nationes ad tumultus cientem et bella, clam, quia non potuit aperte, confodit et Alamannis congressus prope Solicinium locum, ubi insidiis paene perierat circumuentus, ad exitium ultimum
15 delere potuit uniuersos, ni paucos uelox effugium tenebris amendasset.

Inter haec tamen caute gesta iam conuersos ad metuendam rabiem 8 Saxonas semper quolibet inexplorato ruentes delatosque tunc ad ... res tractus, quorum spoliis paene redierant locupletes, malefido quidem, sed utili commento peremit praeda raptoribus ui fractis excussa.
20 Itidemque Britannos cateruas superfusorum hostium non ferentes / 9 spe meliorum assumpta in libertatem et quietem restituit placidam / nullo paene redire permisso grassatorum ad sua.

1 ut *om.* *G* | fulmina setas *ex* fulminas etas *(m2)* **V** fulmineas **E** flumina sitas *AG* || 2 turbines et **V***AG* turbines **E** urbes et *Hadr. Val.* u. uiseret *Pet.* turbines barbarorum frenantes defenderet *Momms.* urbes muniret *Her.* u. firmaret *Nov. lac. indic. Cl.* resuscitaret *Bickel* | petiit **E***G* | Alemanicis *G* || 3 erectis **V** erectius *G* | iuliano **V** Iuliani **E***AG* || 4 ualentinianum **VE** post V. *A* Valentinianus *G* || 5 auxit et exercitus **V***A* *def. Blomgren* a. exercitus **E** *Her.* (et *del. ut dittogr.*) et exercitus a. *G* | ualida supplementa **V** ualido supplemento *G* || 7 sepe **V** se *G* sese *Löfst.* || 8 ut quae **V** || 10 uithigabium **V** Vithicabium *Gdt.* || 11 Alemannorum *G* || 12 tumultu scientiam **V** tumultum cientem **E** tumultus c. *AG* | belladem **V** bella, clam **E***AG* || 13 Alemannis *G* | congresus **V** || 14 exitum **V***A* *def. Pet.* exitium **E***G* || 15 in **V** ni **E***AG* | paucos] cum paucis **E** | et fugium **V** diffugium **E** effugium *AG* | amandasset *G* || 16 caute grauiam conuersus **VE** Cautegrauiam c. *A* caute gesta, iam conuersos *G* gradiens c. *Pet. Stolte* grauiterque peracta, c. *Nov.* || 17 quolibet (*lac. 4 litt.*) **V** (*in fin. us.*) **E***A* *sine lac.* *G* || 17.18 tunc (*lac. 12 litt.*) restractus **V** t. (*lac. 10 litt.*) retractus **E** t. (*lac. 10 litt.*) restrictus *A* t. ad maritimos tractus *G* t. ad terrestres t. *Hadr. Val.* t. ad uberes t. *Stolte* || 18 paenera dierat (*lac. 8 litt.*) tetes **V** poene redierat (*lac. 10 litt.*) **E** pene r. (*lac. 9 litt.*) tetes *A* p. redierant onusti *G* locupletes *Hadr. Val.* || 19 ut **V** ui *G* | excussas **V** excussa **E***AG* || 20 brittanos **VE** Britannos *AG* || 21 aepe meliorem **V** saepe m. **E***A* spe meliorum *G* || 22–p. 152, 1 ad suo efficio **V** ad suo officio **E** ab suo o. **E***m2 A* ad sua. Efficacia *G* effectu *Pet.*

10 Efficacia pari Valentinum quoque, Pannonium exsulem, per has
prouincias molientem otium turbare commune, antequam negotium
efferuescat, oppressit.
Africam deinde malo repentino perculsam discriminibus magnis
exemit, cum uoraces militarium fastus ferre nequiens Firmus ad 5
omnes dissensionum motus perflabiles gentes Mauricas concitasset.
Similique fortitudine clades ingemiscendas Illyrici uindicasset, ni
morte praeuentus reliquisset rem seriam imperfectam.

11 Ac licet opera praestabilium ducum haec, quae rettulimus, con-
summata sunt, tamen ipsum quoque satis constat, ut erat expeditae 10
mentis usuque castrensis negotii diuturno firmatus, egisse complura. /
inter quae illud elucere clarius potuit, si Macrianum regem ea tem-
pestate terribilem uiuum capere potuisset, ut industria magna temp-
tarat, postquam eum euasisse Burgundios, quos ipse admouerat Ala-
mannis, maerens didicisset et tristis. 15

8 Haec super actibus principis breui sunt textu percursa. nunc con-
fisi, quod nec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas in-
corrupta praeteritorum solet esse spectatrix, summatim eius numera-
2 bimus uitia post et praecipua narraturi. ... assimulauit nonnumquam
clementiae speciem, cum esset in acerbitatem naturae calore propen- 20
sior oblitus profecto, quod regenti imperium omnia nimia uelut prae-
3 cipites scopuli sunt euitanda. nec enim usquam repperitur miti coer-
citione contentus, sed aliquotiens quaestiones multiplicari iussisse
cruentas post interrogationes funestas nonnullis ad usque discrimina
uitae uexatis, et ita erat effusior ad nocendum, ut nullum aliquando 25
damnatorum capitis eriperet morte subscriptionis elogio leni, cum

3 efferuesceret E*G* || **4** affricam V | per (*lac. 6 litt.*) V perculsam E*A* *def. Sey.* perturbatam *G* || **5** nequens V nequiens E*m2AG* || **6** perfebiles ♂ V || **7** ingemiscendis illyci V ingemiscendas Illyrici E*AG* | ne V ni E*AG* || **8** rem seriem V rei s. E*A* rem seriam *G def. Meurig-D.* rerum seriem *Btl.* || **9** propera V per opera E opera *AG* per operam *Momms.* || **11** negotu ♂ V | egisset VE egisse *AG* || **14** Alemannis *G* || **15** merens V || **16** texu percussa V textu percursa E*AG* || **18** esses peccatrix V esse spectatrix E*G* e. peccatrix *A* || **18. 19** numerationis uituo V n. uitio E*A* numerabimus uitia *G* || **19** praeterita V bene merita *G* praecipua *Val. in adn. Btl. Nov. prob. Pet.* promerita *Günther* | narraturi (*lac. 9 litt.*) ad (*lac. 7 litt.*) bit V*A* (*lac. 6 et 8 litt.*) n. (*lac. 20 litt.*) E n. Adsimulauit *G* || **20** aceruitatem V acerbitatem E*AG* || **21. 22** praeteritis copuli V p. copulis E praetereunti scopulis E*m2 in marg.* praerupti scopuli *AG* praecipites *Cl.* praeacuti *Nov.* || **22** deuitanda (d *pr. del. m2?*) V deuitanda E*AG* euitanda *Cl.* | militi V*A* militis E miti *G* | cohercitione V || **23** questiones V qões E quaestiones *AG* || **23. 24** iussisset cruentes V iussisse cruentas E*AG* || **24** post V *def. Günther Pighi* per *Meyer Spir. prob. Pet.* || **25** nulli V nullum *G*

id etiam principes interdum fecere saeuissimi. atquin potuit exempla 4
multa contueri maiorum et imitari peregrina atque interna humanitatis et pietatis, quas sapientes consanguineas uirtutum esse definiunt bonas. e quibus haec sufficiet poni: Artaxerxes, Persarum ille rex
5 potentissimus, quem Macrochira membri unius longitudo commemorauit, suppliciorum uarietates, quas natio semper exercuit cruda, /
lenitate genuina castigans tiaras ad uicem capitum quibusdam noxiis amputabat et, ne secaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia praecidebat. quae temperantia morum ita tolerabilem eum
10 fecit et uerecundum, ut adnitentibus cunctis multos et mirabiles actus impleret Graecis scriptoribus celebratos. Praenestino praetore, qui 5
bello quodam Samnitico properare iussus ad praesidium uenerat segnius, ad crimen diluendum exhibito Papirius Cursor ea tempestate dictator securem per lictorem expediri homineque abiecta purgandi
15 se fiducia stupefacto uisum prope fruticem iussit abscidi, hocque ioci genere castigatum cum eum absolueret, non ideo contemptus bella diuturna patrum superauit et grauia solus ad resistendum aptus Alexandro Magno, si calcasset Italiam, aestimatus. haec forsitan 6
Valentinianus ignorans minimeque reputans afflicti solacium status
20 semper esse lenitudinem principum poenas per ignes augebat et gladios, quod ultimum in aduersis rebus remedium pietas repperit animorum, ut Isocratis memorat pulchritudo; cuius uox est perpetua docentis ignosci debere interdum armis superato rectori iustum quid sit ignoranti. unde motum existimo Tullium praeclare pronuntiasse, / 7
25 cum defenderet Oppium: „etenim multum posse ad salutem alterius

1 facere **V** fecere **E***A* fecerint *G* | adquin **V** atqui **E***AG* atquin *Eyss.* (**W**) || 2 malorum (mai- *?*) **V** malorum **E** maiorum *AG* | peregrina atque peregrina interna **V** p. a. i. **E***AG* || 3 consanguineus **V** consanguineas **E***AG* | uirtutes *G* || 4 bonas *om. G* bona *Günther* | Artoxerses **V** Arthaserxes **E** Artoxerxes *A* Artaxerxes *G* || 5 cognominauit **E** *C. F. W. M.* || 6 exercitu idcruda **V** exercuit cruda **E***AG* exercitauit *Günther* || 8 in **VE** ne *AG* | morere **V** more **E***AG* || 14 dicator **V** dictator **E***AG* | experiri **V** expediri **E***AG* || 14.15 purgandis **V** purgandi **E***G* p. se *A* p. sui *Her.* || 15 tricem **V** radicem **E***A* fruticem *G def. Bickel* || 16 loci gener (*lac. 9 litt.*) tum eum ausolaret **V** l. genere (*lac. 1 us. ceteris* – ad resistendum *l. 17 omissis*) **E** ioci g. (*lac. 12 litt.*) tum eum auso latere *A* i. g. castigatum eum absoluit *G* cum eum absolueret *Her.* absoluit: at *Pet.* || 16.17 contemptus (*in fin. us.*) ius bella **V** c. b. *A Pet.* ius bella – sol- *om. G* || 17 parum **V***A* per se *Val.* patrum *Gron. in adn.* | gra (*lac. 4 litt.*) lus ad **V** gra (*lac. 5 litt.*) solus ad *A* ut ad *G* grauia: solus *Val.* | optus **V** aptus **E***AG* || 19.20 solacio statutem peresse **V** solatio statutam praeesse **E***A* solatia status semper esse *G* solacium *Haupt* || 21 maiorum *G* || 23 superator **V** superato **E***AG* | quam iustum **V** quasi *uel* tamquam *Haupt* quam *ad* um (*p. 154, 1*) *appos. Her.* || 24 praeclare praeclare (*pr. del.*) **V**

honori multis, parum potuisse ad exitium probro nemini umquam fuit.“

8 Auiditas plus habendi sine honesti prauique differentia et indagandi quaestus uarios per alienae uitae naufragia exundauit in hoc principe flagrantius adolescens. quam quidam praetendentes imperatorem 5 Aurelianum purgare temptabant id affirmando, quod, ut ille post Gallienum et lamentabiles rei publicae casus exinanito aerario torrentis ritu ferebatur in diuites, ita hic quoque post procinctus Parthici clades magnitudine indigens impensarum, ut militi supplementa suppeterent et stipendium, crudelitati cupiditatem opes nimias conge- 10 rendi miscebat dissimulans scire, quod sunt aliqua, quae fieri non oportet, etiam si licet, Themistoclis illius uere dissimilis, qui, cum post pugnam agminaque deleta Persarum licenter obambulans armillas aureas uidisset humi proiectas et torquem, „tolle“ inquit „haec“ ad comitum quendam prope astantem uersus „quia Themistocles non 15 9 es“ quodlibet spernens in duce magnanimo lucrum. ... huius exempla continentiae similia plurima in Romanis exuberant ducibus, quibus omissis, quoniam non sunt perfectae uirtutis indicia — nec enim aliena non rapere laudis est —, unum ex multis constans innocentiae uulgi ueteris specimen ponam. cum proscriptorum locupletes domus 20 diripiendas Romanae plebei Marius dedisset et Cinna, ita uulgi rudes animi, sed humana soliti respectare alienis laboribus pepercerunt, ut nullus egens repperiretur aut infimus, qui de ciuili luctu fructum contrectare pateretur sibi concessum.

10 Inuidia praeter haec ante dictus medullitus urebatur et sciens 25 pleraque uitiorum imitari solere uirtutes memorabat assidue /

1 neminium V nemini E*G* n. unquam *A Her.* (*cf. p.153, 23*) || **3** auidatas ♂ V || **4** principem VE principe *AG* || **5** quidem *AG* | praetentes V praetendentes E*AG* || **6** utile V ut ille *G* || **7** lamentabilis V*A* lamentabiles E*G* || **8** ritu *ex* rutu V | diuitesit adhic V diuites / ut abhinc E d. ut adhuc *A* d.: ita hic *G* || **10** est inpendium VE et i. *AG* stipendium *Kell.* | crudelitates V*A* crudelitatis E crudelitati *G* || **11** quot V quod E*AG* || **12** scilicet V si licet E*m2AG* | uerisimilis V dissimilis *G* ueteris d. *Val.* uerecundi d. *Her.* uere d. *Cl. in app.* (*cf.* uere *l. 15*) || **13** armulas V*A* armillas E*G* || **14** colle V Tolle E*AG* | inquid V || **15** uere V tu *G* puer *Eyss. del. Her. Cl.* uersus *Gdt.* | qui *G* || **15.16** non est quodlibet (*lac. 12 litt.*) ens VE (*lac. 5 litt.*) *A* (*lac. 12 litt.*) non es: non q. probans *G* non es q. spernens *Hadr. Val.* q. uel amplissimum *Brakman* || **16** lucrum (*lac. 13 litt.*) hu (*lac. 6 litt.*) pla V l. (*lac. 20 litt.*) exempla E l. (*lac. 12 litt.*) huic e. *A* l. Huius e. *G* huiusce *Brakman* || **17** inanis V in Romanis *G* || **21** plebe imarius V plebi Marius E*AG* | cinnata V Cinna E*G* C. tamen *A* C. ita *Pet.* || **22** animis et V animi et E*AG* a. sed *Val.* | peperce[runt] V || **23** repperietur V reperiretur E*AG* || **24** confessum V concessum E*m2AG* || **26** ueritotes V uirtutes E*AG*

liuorem seueritatis rectae potestatis esse indiuiduam sociam. utque
sunt dignitatum apices maximi licere sibi cuncta existimantes et ad
suspicandum contrarios exturbandosque meliores pronius inclinati, /
bene uestitos oderat et eruditos et opulentos et nobiles et fortibus
5 detrahebat, ut solus uideretur bonis artibus eminere, quo uitio
exarsisse principem legimus Hadrianum.

Arguebat hic idem princeps timidos saepius maculosos tales appel- 11
lans et sordidos et infra sortem humilem amendandos, ad pauores
irritos aliquotiens abiectius pallens et, quod nusquam erat, ima mente
10 formidans. quo intellecto magister officiorum Remigius, cum eum 12
ex incidentibus ira feruere sentiret, fieri motus quosdam barbaricos /
inter alia subserebat hocque ille audito, quia timore mox frangebatur,/
ut Antoninus Pius erat serenus et clemens. iudices numquam con- 13
sulto malignos elegit, sed si semel promotos agere didicisset imma-
15 niter, Lycurgos inuenisse praedicabat et Cassios, columina iustitiae
prisca, scribensque hortabatur assidue, ut noxas uel leues acerbius
uindicarent. nec afflictis, si fors ingruisset inferior, erat ullum in 14
principis benignitate perfugium, quod semper ut agitato mari iactatis
portus patuit exoptatus. finis enim iusti imperii, ut sapientes docent,
20 utilitas oboedientium aestimatur et salus.

Consentaneum est uenire post haec ad eius actus sequendos recte 9
sentientibus et probandos: si reliqua temperasset, uixerat ut Traianus

1 liuorem *del. Val.* rigorem *Gron. Corn.* liberam *Pet.* | seueritatem **V** *def. Pet.* seueritatis **E***m2 A* uirtutum *G* seueritatem *del. Corn. ut gloss.* seueritate *Her.* | recte **V***A* rectae **E***G* erectae *Corn. Pet.* spectatae *Her.* | esse inuidiam **V** inuidiam esse *tr. G* indiuiduam *Val. Corn. prob. Pet. Harmon* || 3 supplicandum contrarias **V** suggillandum contrarios *G* supplicandum *def. Hadr. Val.* supplantandum *Btl.* supplicio dandos *Madv.* sugillandos *Corn.* suspicandum *Pet.* | exturbandumque *Btl.* || 7 appellens **V** appellans **E***AG* || 8 et infra — amenandos *add.* **V***m2 in marg. om. G* intra *Hadr. Val.* infra *def. Pet.* numerandos **E** amendandos **E***m2* (*in marg.*) *A* | ipse *ante* ad *add. Btl. reiec. Sey.* |ad *ex* ap (*m2*) **V** || 9 abiectus **V** abiectius **E***AG* | et quod *add.* **V***m2 sup. lin.* | imamenta **V** liniamenta **E** imaginamenta **E***m2* (*in marg.*) *A* inattente *G* ima mente *Lind. Val. in adn. def. Löfst.* || 10 remigis **V** Remigius **E***AG* | fumium **V***A* firmium **E** cum eum *G* || 11 cieri *Val. in adn.* || 12 alias **V** alia **E***AG* || 13 serén **V** serenus **E***AG* | iudices *add. G* || 14 dedi **V** didicit *G* didicisset *Nov.* || 15 prouoca (*lac. 2 litt.*) cassios **VE** (*sine lac.*) *A* (*lac. 7 litt.*) se praedicabat et C. *G* proclamabat et *Eyss.* praedicabat et *Gdt.* | conlumina **V** || 16 scribet quae hortabantur **V** scriberet q. h. **E***A* scribensque hortabatur *G* | ceruius **V** acerbius **E***AG* || 17 ne **V** nec *G* | si fors — inferior *om. G* | ingru (*lac. 7 litt.*) perfugium sed inferio rerat **V** ingrueret (*lac. 3 litt.*) p. sed inferior erat **E***A* (*sine lac.*) ingruisset inferior, erat *Val.* | in *add.* **V***m2 sup. lin.* || 18 iactatus **V** iactatis **E***AG* || 20.21 salus. (*lac. 4 litt.*) consentaneum **V** *sine lac.* **E***AG* || 22 probandus si **VE** probandos. Si *A* p.: cum quibus si *G* ad quos *Her. lac. post* probandos *indic. Cl.* | trainus **V** Traianus **E***AG*

et Marcus. in prouinciales admodum parcus, tributorum ubique molliens sarcinas; oppidorum et limitum conditor tempestiuus; militaris disciplinae censor eximius in hoc tantum deerrans, quod, cum gregariorum etiam leuia puniret errata, potiorum ducum flagitia progredi sinebat in maius ad querellas in eos motas aliquotiens obsurdescens. / 5 unde Britannici strepitus et Africanae clades et uastitas emersit Illyrici.

2 Omni pudicitiae cultu domi castus et foris, nullo contagio conscientiae uiolatus obscenae, nihil incestum; hancque ob causam tamquam retinaculis petulantiam frenarat aulae regalis, quod custodire facile 10 potuit necessitudinibus suis nihil indulgens, quas aut in otio reprimebat aut mediocriter honorauit absque fratre, quem temporis compulsus angustiis in amplitudinis suae societatem assumpsit.

3 Scrupulosus in deferendis potestatibus celsis nec imperante eo prouinciam nummularius rexit aut administratio uenumdata, nisi inter 15 initia ut solent occupationis spe uel †impuniae quaedam sceleste committi.

4 Ad inferenda propulsanda bella sollertissime cautus, aestu Martii pulueris induratus, boni prauique suasor et dissuasor admodum prudens, militaris rei ordinum scrutantissimus, scribens decore uenu- 20 steque pingens et fingens et nouorum inuentor armorum; memoria sermoneque incitato quidem, sed raro facundiae proximo uigens, amator munditiarum laetusque non profusis epulis, sed excultis.

5 Postremo hoc moderamine principatus inclaruit, quod inter religionum diuersitates medius stetit nec quemquam inquietauit neque, ut 25 hoc coleretur, imperauit aut illud; nec interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id, quod ipse uoluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, ut repperit.

1 ibique **V E** ubique *A G* || 5 obscuro (o *alt. add. m2*) obsordescens **V** obsurdescens **E** *A G* || 6 brittanici **V E** Britannici *A G* | affricane **V** Africanae **E** *A G* || 10 frenarata urlae **V** frenarat aulae **E** *A G* || 13 amplenitudinis **V** amplitudinis **E** *A G* || 15.16 inter ut **V** inter initia ut *G def. Brakman lac. post* inter *indic. Eyss.* imperandi exordia *add. Her. prob. Demandt* imperatoris *Van Looy* || 16 occupationes **E** *Van Looy* | inpuniae **V E** impune *A Her.* (*om.* uel) impunite *G* inpunitatis *Eyss. Van Looy* (*om.* uel) incuriae *Pet.* | scelesta *G* || 18 inferendam propulsanda bellanda bellas lertissimo **V** i. propulsandamque bella solertissime **E** inferenda propulsandaque b. s. *A* i. p. b. solertissimus *G* uel propulsanda (*cf. l. 16*) *Her.* propulsanda (*ut asynd. disiunct.*) *et* sollertissime *def. Blomgren* | aestum (a *ex* c) arti **V** aestu marti **E** a. Martii *A G* || 19 prauisque **V** prauique **E** *A G* | desuasor **V** *A G* disuasor **E** dissuasor *Val.* | prodens **V** probus **E** prudens *A G* || 21 fringens **V** fingens **E** *A G* || 23 profuiss ♂ **V** || 24 postrema **V** postremo **E** *A G* || 27 ipso **V** ipse **E** *A G* | coluit *G* | itemerabatas (ba *del.*, as *add. m2*) **V** intemeratas **E** *A G*

Corpus eius lacertosum et ualidum, capilli fulgor colorisque nitor, / 6
cum oculis caesiis, semper obliquum intuentis et toruum, atque pul-
chritudo staturae liniamentorumque recta compago maiestatis regiae
decus implebat.

5 Post conclamata imperatoris suprema corpusque curatum ad se- 10
pulturam, ut missum Constantinopolim inter diuorum reliquias huma-
retur, suspenso instante procinctu anceps rei timebatur euentus co-
hortibus Gallicanis, quae non semper dicatae legitimorum principum
fidei uelut imperiorum arbitrae ausurae nouum quoddam in tempore
10 sperabantur hoc temptandae nouitatis spes acuente, quod gestorum
ignarus etiamtum Gratianus agebat tum apud Treueros, ubi profec-
turus eum morari disposuerat pater. cum negotium in his esset an- 2
gustiis et tamquam in eadem naui futuri periculorum, si accidissent,
participes omnes eadem formidarent, sedit summatum consilio auulso
15 ponte, quem compaginarat ante necessitas inuadens terras hostiles, /
ut superstitis Valentiniani mandato Merobaudes protinus acciretur. /
hocque ille ut erat sollertis ingenii, quod euenerat, ratus aut forte 3
doctus ab eo, per quem uocabatur, rupturum concordiae iura Galli-
canum militem suspicatus missam ad se tesseram finxit redeundi cum
20 eo ad obseruandas Rheni ripas quasi furore barbarico crudescente; /
utque erat secrete mandatum, Sebastianum principis adhuc ignoran-
tem excessum longius amendauit, quietum quidem uirum et placi-
dum, sed militari fauore sublatum, ideo maxime tunc cauendum.

Reuerso itaque Merobaude altiore cura prospectum expedito con- 4
25 silio, Valentinianus puer defuncti filius tum quadrimus uocaretur in
imperium cooptandus centesimo lapide disparatus degensque cum

1 fulgori V fulgor *G* || 2 tum oculi caesii ... intuentes *Pet. reiec. Blomgren* intuentibus *Lind. in adn.* || 3 Uniamentorumque V liniamentorum E liniamentorumque *AG* || 4 decus implebat. Reliqua in archetypo desiderantur *G* || 5 supprema V | curdatum V conditum E*A* curatum *Lind.* || 6 hamaretur V humaretur E*A* || 9 arbitrare VE arbitrae *A* || 10 hoc temptandae nouitati res aduente V*A* hoc t. nouitatis res suadente E hoc tentatores n. adiuuante *Lind.* hoc temptandae n. spes acuente *Madv.* hac t. nouitati re adnuente *Pet.* nouitatis spem adiciente *Her.* || 11 tum VE*A* *def. Hagend. del.* E*m2* (*?*) *Nov.* || 12 moradi V morari E*A* || 13 accidisset E*A* || 15 que (*lac. 11 litt.*) paginarat (p *ex* r *m2*) V quem compaginarat E*A* || 16 mandato V *def. Meurig-D.* mandatu *C. F. W. M.* | aciretur V || 18 eos V eo E*A* || 19 fixit V finxit *Lind.* (W*m2*) || 20 renis V Rheni E*A* || 23 fouore V fauore E*A* | in eo V ideo *Hadr. Val. def. Blomgren* et eo *Lind. Meyer Spir.* ideoque *Günther* || 24 ut *ante* expedito *add. Nov. reiec. Blomgren Fletcher* | expendito V *corr. m3* expendito E expedito *A* || 25 tam V tum E*A* | in *add.* E*A* || 26 coaptandus VE cooptandus *A* | dissiparatus V disparatus E*A*

5 Iustina matre in uilla, quam Murocinctam appellant. hocque concinenti omnium sententia confirmato Cerialis, auunculus eius, ocius missus eundem puerum lectica impositum duxit in castra sextoque die post parentis obitum imperator legitime declaratus Augustus
6 nuncupatur more sollemni. et licet, cum haec agerentur, Gratianum 5 indigne laturum existimantes absque sui permisso principem alium institutum, post tamen sollicitudine discussa uixere securius, quod ille, ut erat beniuolus et pius, consanguineum pietate nimia dilexit et educauit.

1 nulla V uilla E*A* | muro cincta V *def. Bae.* Murocinctam E*A* | continenti V concinenti *Lind.* || 2 auum culis V auunculus E*A* || 3 lecticae *Nov.* || 6 permissu E*A* || 7 postea mens VE p. metu *A* p. metus *Lind. in adn.* post tamen *Gron. in adn. Meurig-D.* postea omnes *Kell.* p. tamen *Pet.* || 8 pertus V peritus E*A* pius *Btl.* (*postea del.*) permitis *Corn.* || 9 AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLICIT LIBER. XXX., INCIPIT LIBER XXXI. V AMIANI MARCELLINI RERVM gestarum EXPLICIT LIBER XXX. INCIPIT. XXXI. E

LIBER XXXI

1. Caedis Valentis Augusti et cladis a Gothis inferendae prodigia.
2. De Hunorum et Alanorum aliarumque Scythiae Asiaticae gentium sedibus et moribus.
3. Huni Alanos Tanaïtas armis aut pactis sibi adiungunt Gothosque inuadunt ac suis sedibus pellunt.
4. Pars maior Gothorum cognomine Theruingorum finibus suis expulsa permissu Valentis a Romanis transportatur in Thraciam obsequium et auxilia pollicita. Greuthungi quoque, pars altera Gothorum, furtim ratibus Histrum transeunt.
5. Theruingi fame et inopia pressi ac pessime habiti ducibus Alauiuo et Fritigerno a Valente deficiunt ac Lupicinum cum suis fundunt.
6. Sueridus et Colias Gothorum optimates una cum suis prius recepti cur rebellauerint et caesis Hadrianopolitanis Fritigerno se adiunxerint ad diripiendas Thracias conuersi.
7. Profuturus et Traianus ac Richomeres pugnant aequo Marte cum Gothis.
8. Clausi intra Haemimontanas Gothi, deinde a Romanis emissi Thraciam rapinis, caedibus, stupris incendiisque foedant et Barzimerem Scutariorum tribunum interficiunt.
9. Frigeridus, dux Gratiani, Farnobium optimatem cum multis Gothis et Taifalis caedit, reliquis uita et agri circa Padum dati.
10. Lentienses Alamanni a Gratiani Augusti ducibus proelio superati rege Priario etiam interfecto et post deditionem datis Gratiano tironibus domum redire permissi.
11. Sebastianus Gothos spoliis onustos apud Beroeam inopinantes concidit; paucos fuga seruauit. Gratianus Augustus ad patruum Valentem properat ei contra Gothos laturus auxilium.
12. Valens Augustus ante aduentum Gratiani cum Gothis pugnare constituit.
13. Gothi omnes in unum coniuncti, nimirum Theruingi ductu Fritigerni regis et Greuthungi ducibus Alatheo et Safrace, cum Romanis acie instructa confligunt et fuso equitatu pedites nudatos atque confertos cum maxima strage in fugam coniciunt. Valens occisus nusquam comparuit.
14. Valentis Augusti uirtutes et uitia.
15. Gothi uictores Hadrianopolim oppugnant, ubi thesauros suos Valens et imperatoria insignia cum praefecto et consistorianis reliquerat, et omnia frustra experti discedunt.
16. Gothi Hunorum Alanorumque copiis auro sibi adiunctis frustra Constantinopolim tentant. qua arte Iulius, magister militum trans Taurum, orientales prouincias Gothis exonerauerit.

1 Inter haec Fortunae uolucris rota aduersa prosperis semper alter-
nans Bellonam Furiis in societatem ascitis armabat maestosque trans-
tulit ad orientem euentus, quos aduentare praesagiorum fides clara
2 monebat et portentorum. post multa enim, quae uates augures que
praedixere ueridice, resultabant canes ululantibus lupis et querulum 5
quoddam nocturnae uolucres tinniebant et flebile et squalidi solis
exortus hebetabant matutinos diei candores et Antiochiae per rixas
tumultusque uulgares id in consuetudinem uenerat, ut, quisque uim
se pati existimaret, „uiuus ardeat Valens" licentius clamitaret, uo-
cesque praeconum audiebantur assidue mandantium congeri ligna ad 10
3 Valentini lauacri succensionem studio ipsius principis conditi. quae
hunc illi impendere exitum uitae modo non aperte loquendo monstra-
bant. super his laruale simulacrum Armeniae regis et miserabiles
umbrae paulo ante in negotio Theodori caesorum per quietem striden-
do carmina quaedam neniarum horrenda multos diris terroribus agita- 15
4 bant. uaccula gurgulione consecto exanimis uisa est iacens, cuius
mors publicorum funerum aerumnas indicabat amplas et peruulgatas. /
denique cum Calchedonos subuerterentur ueteres muri, ut apud Con-
stantinopolim aedificaretur lauacrum, ordine resoluto saxorum in
quadrato lapide, qui structura latebat in media, hi Graeci uersus incisi 20
reperti sunt futura plene pandentes:

ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσεραὶ κατὰ ἄστυ χορείῃ
τερπόμεναι στρωφῶνται ἐυστεφέας κατ' ἀγυιάς,
καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ,

1 int* (*lac. 7 litt.*) (interea *sup. lin. m3*) et V Inter (*lac. 3 litt.*) et E Interea et *A* inter haec *Her.* | uolueris ♂ V | diuersa pros (s *alt. del. m2*) V aduersa prosperis V*m3* (*sup. lin.*) *A* diuersa pros E || 2 aetatem V societatem *Val.* | mestosque V *corr. m3* || 4 ponebat V monebat E*A* | enim *add.* V*m2 sup. lin.* | auguerisque (e *pr. del. m3*) V auguresque E*A* || 5 ueridicere solutabant V ueridice, resultabant E*A* || 6 temebant *ex* timebat (*m2*) V gemebant E*A* tinniebant *Hadr. Val.* tiniebant *Pet.* || 8 quisque V *def. Pet.* quisquis *Btl. C. F. W. M.* (C*m2*) || 11 successionem VE succensionem *A* || 13 larbale V *corr. m3* | rogis V *corr. m3* | miserabilis VE miserabiles *A* || 15 nimiarum V nimirum V*m3 A* nimium E neniarum *Gron. pater* || 16 uagula V *def. Pighi* uacula E tragula *A* aquila *Val. in adn.* uaccula *Btl. Haupt prob. Pet.* ulula *Her.* gracula *Nov.* | gurgullione V | confecto *A* | exanistiis VE exanimis *A* || 17 peruulgatae VE peruulgatas *A* || 18 chalcedonos V*A* calcedonos E || 21 repertu V *corr. m3* | lene V plene E*A* || 22 N ΥΝΦΑΙ VE *νύμφαι A* | ΔΡΟCΕΡΕ VE *δροσεραὶ A* | ΚΑΤΑΤΑ VE *κατὰ A* | ΧΟΡΗΙ VE *χο* (*lac. 3 litt.*) *A* *χορείῃ Val.* || 23 ΤΕΡΠΟ ΜΕΝΕCΤΡΟ ΦΟΩΝΤΕCΕΥCΤΕΦΕΑ VE *τερπόμεναι στροφοωντες ἐυστεφεας A* *στρέψωνται Val.* *στρωφῶνται Btl.* *στροφόωνται Eyss.* || 24 ΤΙΧΟCΑΟΙΤ ΡΟΙΟ V ΤΙΧΟCΑΟΝΡΟΙΟ E *τύχος.* ΑΟΓΓΡΟΙΟ *A* (*ab* ΑΟΓΓ *litt. maiusc. uerbis indiuisis*) *τεῖχος λουτροῖο Lind.* || 24—p. 161, 1 ΠΩΑΥCΤΟΝΟΝ-

δὴ τότε μυρία φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων
Ἴστρου καλλιρόοιο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ
καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην καὶ Μυσίδα γαίην,
Παιονίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
5 αὐτοῦ καὶ βιότοιο τέλος καὶ δῆριν ἐφέξει.

Totius autem sementem exitii et cladum originem diuersarum, / 2 quas Martius furor incendio insolito miscendo cuncta conciuit, hanc comperimus causam. Hunorum gens monumentis ueteribus leuiter nota ultra paludes Maeoticas glacialem oceanum accolens omnem 10 modum feritatis excedit. ubi quoniam ab ipsis nascendi primitiis in- 2 fantum ferro sulcantur altius genae, ut pilorum uigor tempestiuus emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque ulla uenustate, spadonibus similes, compactis omnes firmisque membris et opimis ceruicibus, prodigiose deformes et pandi, ut bi- 15 pedes existimes bestias uel quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incompte. in hominum autem figura licet in- 3 suaui ita uictu sunt asperi, ut neque ignis neque saporati indigeant cibi, sed radicibus herbarum agrestium et semicruda cuiusuis pe-

ЄCCIKAPANΠOTЄΔNIA V*A* ΠωλYCTONON ЄCCI KAPΔIN ΠOTЄΔNIA E *πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ δὴ τότε Lind. μυρία uel δήϊα Val. in adn. δ. def. Pet.* || 1 ΦYΛIAΤIOΛYCΠЄPAIONANOPωΠωΠ V ΦIΔΛATIOΛICΠЄPAIONANOPωΠOΠ E ΦYMAΠOΛYΣΠЄPMONANOPωΠωΠ *A φῦλα Lind. πολυσπερέων ἀνθρώπων Val.* || 2 ICTOPOYKΛΛCIPOOIOTIOPONTACYNЄXMN V IC *rel. Graeca om. (lac. 2 uss.)* E ICTOPOYKAMIPOOIOTIOPONTAΣINEXMH *A 'Ιστρου Lind. καλλιρόοιο Val. πόρον περάοντα Lind. αἰχμῇ Lind.* || 3 CKYЄIKNNOΛЄTIXOPHN V ΣKYEIKHNOΛETIXOPHN *A Σκυθικὴν ὀλέσει Lind. χώρην Val.* | MYCΔAΓΛINN V MYΣΔAΓHΛN *A Μυσίδα γαῖαν Lind. γαίην restit. Pet.* || 4 ΠΛIONNCΔЄTIIBATACYNЄΛTICIMΛINOMЄNNCT V ΠΛIONHΣΔETIIBΛTACYNEΛTIΣIMΛINOMENHΣT *A Παιονίης δ' ἐπιβάντα Val. ἐλπίσι μαινομένῃσιν Val.* || 5 ΛYTOYKΛIBIO TOIOTЄΛOCKΛIΔNPЄINЄINЄΦЄΞЄI; V ΛYTOYKAIBIOTOIOTEΛOΣKAIΔNPEINEΦEZEI *A δῆρις Val. δῆριν Pet. ἐφέξει Val.* || 6 Tocius V | exicii V | claudum V cladium E*A* cladum *Hadr. Val.* || 7 incensio et solito V incendio s. E*A* insolito *Pet.* || 9 metoticas V Meoticas E*A* || 12 cicarensibus haebetur V cicatricibus hebetetur E*m2A* | inferuens V imberbes E*A* || 14 optimis V opimis E*A* | prodigiose V*A def. Kell. Corn.* prodigiosae E *Hadr. Val. Eyss.* | formes V formae E *Hadr. Val. Eyss.* deformes *A def. Kell. Corn.* | sed E *Eyss.* | pandi V *def. Roßbach* pauendi *Kell. Corn.* parui *Eyss.* || 15 efficiati V effigiatae E effigiati *A* || 16 stipitis V stipites E*A* | fugura V figura E*A* || 16.17 licet insuauita nisi V l. in sua uita sic E sic et in sua u. uisi *A* sic et insuaues sunt et a. *uel* licet insuaui, ita uisi s. a. *Val. in adn.* ita uictu *Her.* licet insuaui, ita uitae usu *Richter* || 17 ignis V *def. Pet.* igni E*A* | saporati V *def. Pet.* saporatis E*A* || 18 cibis V cibi *Pet.*

coris carne uescantur, quam inter femora sua equorumque terga sub-
4 sertam fotu calefaciunt breui. aedificiis nullis umquam tecti, sed
haec uelut ab usu communi discreta sepulchra declinant. nec enim
apud eos uel harundine fastigatum repperiri tugurium potest, sed
uagi montes peragrantes et siluas pruinas, famem sitimque perferre ab 5
incunabulis assuescunt. peregre tecta nisi adigente maxima necessitate
5 non subeunt; nec enim se tutos existimant esse sub tectis. indumen-
tis operiuntur linteis uel ex pellibus siluestrium murum consarcinatis /
nec alia illis domestica uestis est, alia forensis, sed semel obsoleti co-
loris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur, quam diu- 10
6 turna carie in pannulos diffluxerit defrustata. galeris incuruis capita
tegunt hirsuta crura coriis munientes haedinis eorumque calcei formu-
lis nullis aptati uetant incedere gressibus liberis. qua causa ad pede-
stres parum accommodati sunt pugnas, uerum equis prope affixi duris
quidem, sed deformibus et muliebriter isdem nonnumquam insidentes 15
funguntur muneribus consuetis. ex ipsis quiuis in hac natione pernox
et perdius emit et uendit cibumque sumit et potum et inclinatus cer-
uici angustae iumenti in altum soporem ad usque uarietatem effundi-
7 tur somniorum. et deliberatione super rebus proposita seriis hoc ha-
bitu omnes in commune consultant. aguntur autem nulla seueritate 20
regali, sed tumultuario primatum ductu contenti perrumpunt, quid-
8 quid inciderit. et pugnant nonnumquam lacessitis, sed ineuntes proe-
lia cuneatim uariis uocibus sonantibus toruum. utque ad pernicitatem

1 uaporumque **V** equorumque **E** *Gdt.* equorum *A* quorumue *g* uectorumque *Pet.* || 2 teotis **VE** tecti *A* || 4 fastigata inrepperiri **V** fastigatum repperiri **E** *Lind.* fastigiatum reperiri *A* | augurium **V** tugurium **E** *A* || 5 uagminentes **V** uagi euntes **E** u. montes *A* | siluem **V** siluas **E** *A* | famen **V** | per (*lac. 7 litt.*) **V** perpeti **E** perferre *A* p. iam *Nov. def. Richter* (*uel* perpeti i.) p. ipsis *Brakman* || 6 incunabilis **V** *A* incunabulis **E** | tec (*lac. 8 litt.*) adimente **V** tecta, nisi adigente **E** *A* tectis *Richter* || 7 sub (*lac. 7 litt.*) **V** subeunt **E** *A* subsistunt *Richter* | enim apud eos **V** apud eos *del. C. F. W. M.* (*cf. l. 7*) | ecutos **V** securos **E** *A* se tutos *C. F. W. M.* | tectis (*lac. 10 litt.*) **VE** *sine lac. A* morantes *add. Nov.* inclusos *Richter* || 11 deffluxerit defrustrata **V** defluxerit defrustata **E** *A* diffluxerit *Ern. in ind. Pet.* || 12 coris **V** coriis **E** *A* | eorum (*del.*) eorumque **V** | carcei **V** calcei **E** *A* || 13 incendere **V** incedere **E** *A* | quas **V** qua **E** *A* qua ex *Cl. in app.* || 16 et ipsi **V** ex ipsis *Val. in adn.* || 17 peruio (o *add. sup. lin. m2*) **V** peruius **E** perdius *A* | hiclinatus ♂ **V** || 18 effundetur **V** effunditur **E** *A* || 19 picoposita **V** proposita **E** *A* || 21 regalis et tumultuari opprimatum **V** regali sed t. optimatum **E** r. s. tumultuario primatum *A* || 22 non *del. Btl.* non umquam *Richter* | lacessitis dineuntis **V** lacessiti, sed ineuntes **E** *A* sed *del. ut correctur. uocis* set *l. 1 Her.* lacessitis inferentes *Bickel* acie dispositi, sed ineuntes *Richter* || 23 perniciatem **V** pernicitatem **E** *A*

sunt leues et repentini, ita subito de industria dispersi rarescunt et in-
composita acie. cum caede uasta discurrunt, nec inuadentes uallum
nec castra inimica pilantes prae nimia rapiditate cernuntur. eoque 9
omnium acerrimos facile dixeris bellatores, quod procul missilibus
5 telis acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis /
et distinctis ..., comminus ferro sine sui respectu confligunt hostes-
que, dum mucronum noxias obseruant, contortis laciniis illigant, ut
laqueatis resistentium membris equitandi uel gradiendi adimant
facultatem. nemo apud eos arat nec stiuam aliquando contingit. om- 10
10 nes enim sine sedibus fixis absque lare uel lege aut ritu stabili dis-
palantur semper fugientium similes cum carpentis, in quibus habi-
tant; ubi coniuges taetra illis uestimenta contexunt et coeunt cum
maritis et pariunt et ad usque pubertatem nutriunt pueros. nullusque
apud eos interrogatus respondere, unde oritur, potest alibi conceptus
15 natusque procul et longius educatus. per indutias infidi inconstantes, 11
ad omnem auram incidentis spei nouae perquam mobiles, totum
furori incitatissimo tribuentes. inconsultorum animalium ritu, quid
honestum inhonestumue sit, penitus ignorantes, flexiloqui et obscuri, /
nullius religionis uel superstitionis reuerentia aliquando districti, auri
20 cupidine immensa flagrantes, adeo permutabiles et irasci faciles, ut
eodem aliquotiens die a sociis nullo irritante saepe desciscant itidem-
que propitientur nemine leniente.

Hoc expeditum indomitumque hominum genus externa praedandi 12

1 iugescunt V frigescunt E lugescunt *A* uigescunt *Loisel.* (W) incessunt *Kell. Liesenberg* lacessunt *Her.* rarescunt *Bickel* incassum *Richter* | et V *restituimus* ut *Her. Richter* | inposita V incomposita *Val. in adn.* || 2 discurrant V discurrunt E*A* || 3 parit decernuntur V parte d. E*A* p. cernuntur *Lind. in adn.* rapiditate c. *Val. in adn.* pernicitate c. *Richter* | eaque VE eoque *A* || 4 acerimos V || 5 acum inear mira V acumine armatis E a. arte mira *A* || 6 sed distint (*lac. 13 litt.*) VE sed distinctis *A* et distantia percursa *Gdt.* sed districto *Btl. prob. Pet.* distantiis decursis *Brakman* et distinctis, corpora figunt *Pighi* e distantia tuta, mox *Richter* | ui V sui *Val.* | con (*lac. 6 litt.*) V confligunt *Val. def. Brakman* || 7 mocronum V mucronum E*A* | noxiis obserua VE (*lac. 2 litt.*) *A* (*lac. 4 litt.*) noxias obseruant *Lind.* noxiis *def. Richter* | contartis V contortis E*A* || 8 grauandi V gradiendi E*A* grassandi *Pet.* || 10 sidibus V *corr. m3* || 12 terraillis V ex uillis E*A* tetra u. *Lind.* t. illis *Val. in adn.* (N) textrinis *Btl.* || 15 edocatus V educatus E*A* | inducias V | infidi constantes V (i. *in fin. us.*) E i., inconstantes *A* constanter *Momms.* et inconstantes *Cl.* || 16 incidentes V incidentis *Val.* | nobiles V mobiles E*A* || 17 inconsultatorum VE inconsultorum *A* | quod V quid *Hadr. Val.* || 19 reuerantia V reuerentia E*A* | destricti VE districti *A* adstricti *Richter* || 20 flagrates V flagrantes E*A* || 21 desciscantit V desciscant E*A*

auiditate flagrans immani per rapinas finitimorum grassatum et
caedes ad usque Halanos peruenit, ueteres Massagetas, qui unde sint
uel quas incolant terras, quoniam huc res prolapsa est, consentaneum
est demonstrare geographica perplexitate monstrata, quae diu multa
13 luda ... et uaria, tandem repperit ueritatis interna ... abundans aqua- 5
rum Hister aduenarum magnitudine fluenti Sauromatas praetermeat /
ad usque amnem Tanaim pertinentes, qui Asiam terminat ab Europa.
hoc transito in immensum extentas Scythiae solitudines Halani in-
habitant ex montium appellatione cognominati paulatimque natio-
nes conterminas crebritate uictoriarum attritas ad gentilitatem sui 10
14 uocabuli traxerunt ut Persae. inter hos Nerui mediterranea incolunt
loca, uicini uerticibus celsis, quos praeruptos geluque torpentes aqui-
lones astringunt. post quos Vidini sunt et Geloni, perquam feri, qui
detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi equisque teg-
mina conficiunt bellatoriis. Gelonis Agathyrsi collimitant, interstincti 15
colore caeruleo corpora simul et crines et humiles quidem minutis
15 atque raris, nobiles uero latius fucatis et densioribus notis. post hos
Melanchlaenas et Anthropophagos palari accepimus per diuersa hu-
manis corporibus uictitantes, quibus ob haec alimenta nefanda de-
sertis finitimi omnes longa petiere terrarum. ideoque plaga omnis 20
orienti aestiuo obiecta, usque dum uenitur ad Seras, inhabitabilis
16 mansit. parte alia prope Amazonum sedes Halani sunt orienti accli-
nes, diffusi per populosas gentes et amplas, Asiaticos uergentes in
tractus, quas dilatari ad usque Gangen accepi, fluuium intersecantem
terras Indorum mareque inundantem australe. 25

1 perapinas ♂ V || **2** adalam V Achaiam E*A* Alanos *Val. in adn.* | Restant massagetae (-tant *add. sup. lin. m3*) V Sed massagethae E (Restant *add. in marg. m2*) Restant Massagetae *A* ueteres Massagetas *Val. in adn.* || **3** hoc VE huc *A* || **4** geografica V || **4. 5** multa luda (*lac. 9 litt.*) V*A* (*lac. 4 litt.*) multa (*lac. 15 litt.*) E multimoda tractans *Pet.* multa inuoluta difficultate *Her.* m. indagans acute *Pighi prob. Hartke* m. indagatione *Richter* || **5. 6** interna (*lac. 14 litt.*) ad hister V*A* (ad Ister) i. (*lac. 11 litt.*) hister E i. (*lac.*) Abundans *Gdt.* A. aquarum *Her. reiec. Richter* interna. amnium adauctus Hister *Pighi* || **6** afluenti *Her.* || **7** quas iam V*A* quos iam E qui Asiam *Lind.* (W*m2*) || **8** scyithiae V || **10. 11** suiu cabuli ♂ V || **11** orbis E Neuri *Lind.* || **12** uicim V uicini E*A* || **13** Budini *Mannert* | fieri V feri E*A* || **15** bellatur gē. V bellatrix gens. E*A* bellatoriis *Val. in adn.* bellatoria *Gdt. del. ut gloss. Roßbach* | interstincto V interstincti *Lind.* || **16** cerruleo V || **17** latis V latius *Btl.* | fugatis V fucatis E*A* || **17. 18** hoc melan chinas V hos melanchinas E hos Melanchlaenas *A* Melanchlaenos *Btl.* || **18** antropo fagos V | accipemus V accipimus E accepimus *A* || **19** ob *add.* E*m2A* || **22** hilani V Halani E*A* | orientia declines V Orienti accliues E*A* acclines *Lind.* || **23** populos has V populosas *Val.* | [a]siaticos V || **25** inuno antem V *corr. m3*

Hi bipertiti per utramque mundi plagam Halani, quorum gentes 17
uarias nunc recensere non refert, licet dirempti spatiis longis per
pagos ut Nomades uagantur immensos, aeui tamen progressu ad
unum concessere uocabulum et summatim omnes Halani cognomi-
5 nantur ob mores et modum efferatum uiuendi eandemque armatu-
ram. nec enim ulla sunt illis uel tuguria aut uersandi uomeris cura, / 18
sed carne et copia uictitant lactis plaustris supersidentes, quae operi-
mentis curuatis corticum per solitudines conferunt sine fine distentas.
cumque ad graminea uenerint, in orbiculatam figuram locatis sarra-
10 cis ferino ritu uescuntur absumptisque pabulis uelut carpentis ciui-
tates impositas uehunt maresque supra cum feminis coeunt et nas-
cuntur in his et educuntur infantes et habitacula sunt haec illis per-
petua et, quocumque ierint, illic genuinum existimant larem. armen- 19
ta prae se agentes cum gregibus pascunt maximeque equini pecoris
15 est eis sollicitior cura. ibi campi semper herbescunt intersitis pomi-
feris locis atque ideo transeuntes quolibet nec alimentis nec pabulis
indigent, quod efficit umectum solum et crebri fluminum praeter-
meantium cursus. omnis igitur aetas et sexus imbellis circa uehicula 20
ipsa uersatur, muniis distringitur mollibus. iuuentus uero equitandi
20 usu a prima pueritia coalescens incedere pedibus existimat uile et
omnes multiplici disciplina prudentes sunt bellatores. unde etiam
Persae, qui sunt originitus Scythae, pugnandi sunt peritissimi.

1 ibi pertiti V ibi partiti E*A* Bipertiti *Gdt.* hi b. *Her.* | alani V || 2 spaciis V || 3 progressus VE progressu *A* || 4 concensere V concessere E*A* | alani V || 5 ob *add. Val. in adn.* | mores et media et efferatam uiuendis etiam inmatarum V m. medii inter e. uiuendi et imanem E m. et media et e. u. sed iam maturam *A* m. eosdem et feritatem u. similem et armaturam *Val. in adn.* m. et modum efferatum u. eandemque a. *Gdt.* m. et m. uiuendi et efferatam esca naturam *Roßbach* m. imitati et e. u. sectam Hunorum et Sarmatarum *Her.* m. mediocriter differentes et e. u. speciem inmanemque naturam *Nov.* cognominantur (*lac.*) mores et media et efferatam uiuendi sed iam inmaturam (*lac.*) *Eyss.* || 6 illis celtu gurria V i. uel tuguria E *Her.* (*cf. 31, 2, 4*) illisce t. *A* | curat V curae E*A* cura *Val.* (W) || 7 iactis paustris V lactis. plaustris E*A* || 8 curuati V curuatorum E curuatis *A* | circumferunt *Pet. reiec. Meurig-D.* | distentes V distentas E*A* || 9 a V ad E*A* | orbigulatam V orbiculatam E*A* | sarraclis V sarriculis E*A* sarracis *Lind.* || 10 carpentibus V carpentis E*A* | caritates *Btl.* || 12 educantur E || 13 ierit illuc V ierint, illic E*A* | existimat V existimant E*A* || 14 maritimeque V maximeque E*A* || 15 eura V cura E*A* | campis et per V c. per- E campi et per- *A* semper *Lind.* | pomiferos V pomiferis E*A* || 17 crebris V*A* creber E crebri *Lind.* || 18 cetas V aetas E*A* || 19 uersatur V uersatus *Her.* | munus *A* muniisque *Lind.* || 21 plena V*A* plane E disciplina *Lind.*

21 Proceri autem Halani paene sunt omnes et pulchri, crinibus mediocriter flauis, oculorum temperata toruitate terribiles, et armorum leuitate ueloces Hunisque per omnia suppares, uerum uictu mitiores et cultu, latrocinando et uenando ad usque Maeotica stagna et Cim-
22 merium Bosporum itidemque Armenios discurrentes et Mediam. ut- 5
que hominibus quietis et placidis otium est uoluptabile, ita illos pericula iuuant et bella. iudicatur ibi beatus, qui in proelio profuderit animam, senescentes enim et fortuitis mortibus mundo digressos ut degeneres et ignauos conuiciis atrocibus insectantur nec quidquam est, quod elatius iactent, quam homine quolibet occiso proque exuuiis 10
gloriosis interfectorum auulsis capitibus detractas pelles pro phaleris
23 iumentis accommodant bellatoriis. nec templum apud eos uisitur aut delubrum, ne tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest, / sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus eumque ut Martem re-
24 gionum, quas circumcircant, praesulem uerecundius colunt. futura 15
miro praesagiunt modo. nam rectiores uirgas uimineas colligentes / easque cum incantamentis quibusdam secretis praestituto tempore
25 discernentes aperte, quid portenditur, norunt. seruitus quid sit ignorant omnes generoso semine procreati iudicesque etiam nunc eligunt diuturno bellandi usu spectatos. sed ad reliqua textus propositi reuer- 20
tamur.

3 Igitur Huni peruasis Halanorum regionibus, quos Greuthungis confines Tanaitas consuetudo nominauit, interfectisque multis et spoliatis reliquos sibi concordandi fide pacta iunxerunt eisque adhibitis / confidentius Ermenrichi late patentes et uberes pagos repentino im- 25

1 hilani V Alani E Halani *A* | pulchrae V *Her.* puchlri E*A* | si criminibus V discriminibus E sic crinibus *A* crinibus *Lind.* figurae c. *Her.* || 2 intemperata *Corn.* || 4 la (*lac. 6 litt.*) inando V *om.* E la (*lac. 4 litt.*) nando *A* latrocinando *Lind. in adn.* (T) | metotica V Meotica E*A* || 4.5 cimerium bosporom V c. bosforum E Cymerium Bosphoron *A* || 7 iubeant V iuuant E*A* | profuerit V profuderit E*A* || 8 moribus mundi gressos V mortibus mundo digressos E*A* || 9 conuitiis V || 10 exubiis V exuuiis E*A* || 12 bellatoris V bellatores E bellatoriis *A* || 13 usque V usquam E*A* || 15 circumcircunt V circum ut (?) E circueunt *A* circumcircant *Voss. Liesenberg* circumcolunt *Her.* || 16 pectiores V rectiores E*A* | femineas V femine E*A* (-nae) uimineas *Val.* || 17 incantantis VE incanatmentis *A* || 18 portetur V portendetur *Lind.* portenditur *Val.* portendatur *Hadr. Val.* | ignorabant V*A* ignorant E *Pet.* || 19 generosi V generoso E (*ex* -si) *A* || 20 spectator V spectatiores E spectatos *A* | reliquas V reliqua E*A* | reuertamus V reuertamur E*A* || 22 peruasi V peruasis E*A* | geuthungis V Gruthungis *Lind.* Greuthungis *Val.* || 23 cognominauit *Her. c. c. reiec. Bickel Blomgren* || 24 adiuitis V adiunctis E*A* adscitis *Pet.* adhibitis *Her.*

petu perruperunt, bellicosissimi regis et per multa uariaque fortiter facta uicinis nationibus formidati. qui ui subitae procellae perculsus, / 2 quamuis manere fundatus et stabilis diu conatus est, impendentium tamen diritatem augente uulgatius fama magnorum discriminum
5 metum uoluntaria morte sedauit. cuius post obitum rex Vithimiris 3 creatus restitit aliquantisper Halanis, Hunis aliis fretus, quos mercede sociauerat partibus suis. uerum post multas, quas pertulit, clades animam effudit in proelio ui superatus armorum. cuius parui filii Viderichi nomine curam susceptam Alatheus tuebatur et Safrax, /
10 duces exerciti et firmitate pectorum noti, qui, cum tempore arto praeuenti abiecissent fiduciam repugnandi, cautius discedentes ad amnem Danastrum peruenerunt inter Histrum et Borysthenen per camporum ampla spatia diffluentem. haec ita praeter spem accidisse 4 doctus Athanaricus, Theruingorum iudex, in quem, ut ante relatum
15 est, ob auxilia missa Procopio dudum Valens commouerat signa, stare gradu fixo temptabat surrecturus in uires, si ipse quoque lacesseretur ut ceteri. castris denique prope Danastri margines a Greuthungorum 5 uallo longius opportune metatis Munderichum ducem postea limitis per Arabiam cum Lagarimano et optimatibus aliis ad usque uicensi-
20 mum lapidem misit hostium speculaturos aduentum ipse aciem nullo turbante interim struens. uerum longe aliter, quam rebatur, euenit. / 6 Huni enim, ut sunt in coniectura sagaces, multitudinem esse longius aliquam suspicati praetermissis, quos uiderant, in quietem tamquam nullo obstante compositis rumpente noctis tenebras luna uado flu-
25 minis penetrato id, quod erat potissimum, elegerunt et ueriti, ne praecursorius index procul agentes absterreat, Athanaricum ipsum ictu petiuere ueloci. eumque stupentem ad impetum primum amissis 7 quibusdam suorum coegerunt ad effugia properare montium prae-

1 bellicosis sene V bellicosissimi E*m2A* bellicosi sane *Pet. def. Blomgren* || 2 uis V ui E*A* || 3 est abilis V est habilis E et h. *A* stabilis *Val.* | cunatus V cunctatus E*A* conatus *Lind.* (C) || 5 sedabit V sedauit E*A* || 6 hanisalus V hanis aliis E Hunnis a. *A* || 7 sociauerit V sociauit E sociauerat *A* || 11 at amnem V attamen E ad amnem *A* || 12 danastium V danastrum E *Hadr. Val. in adn.* Danastum *A* | orisaethenen V orisethenem E Boristhenem *A* || 13 occidisset V accidisse E*A* || 15 signi V signa E*A* || 17 danasti V*A* dannasti E Danastii *Her.* Danastri *Sey.* || 17.18 agere ut ungoru uallem V aggere ut ungorii u. E*A* ac Greuthungorum uallem *Val. Altheim* a G. uallo *Pet. Vulpe* || 19 conlagari manu V cum uulgari m. E collagari m. *A* cum Lagarimano *Lind.* || 21 reuatur V rebatur E*A* || 24 tenebris V*A* tenebras E *Val. in adn.* (*uel* erumpente ... tenebris) | lune V luna E*A* || 26 abstrereat it atharicum V absterreat Athanaricum E*A* || 28 praerupturum V praeruptorum E*A*

ruptorum. qua rei nouitate maioreque uenturi pauore constrictus a superciliis Gerasi fluminis ad usque Danubium Taifalorum terras praestringens muros altius erigebat, hac lorica diligentia celeri consummata in tuto locandam securitatem suam existimans et salutem. / 8 dumque efficax opera suscitatur, Huni passibus eum citis urgebant / 5 et iam oppresserant aduentantes, ni grauati praedarum onere destitissent.

Fama tamen late serpente per Gothorum reliquas gentes, quod inusitatum antehac hominum genus modo nierum ut turbo montibus celsis ex abdito sinu coortum apposita quaeque conuellit corrumpit, / 10 populi pars maior, quae Athanaricum attenuata necessariorum penuria deseruerat, quaeritabat domicilium remotum ab omni notitia barbarorum diuque deliberans, quas eligeret sedes, cogitauit Thraciae receptaculum gemina ratione sibi conueniens, quod et caespitis est feracissimi et amplitudine fluentorum Histri distinguitur ab aruis 15 patentibus iam peregrini fulminibus Martis. hocque idem residui uelut mente cogitauere communi.

4 Itaque duce Alauiuo ripas occupauere Danubii missisque oratoribus ad Valentem suscipi se humili prece poscebant et quiete uicturos se 2 pollicentes et daturos, si res flagitasset, auxilia. dum aguntur haec 20 in externis, nouos maioresque solitis casus uersare gentes arctoas / rumores terribiles diffuderunt: per omne, quidquid ad Pontum a Marcomannis praetenditur Quadis, multitudinem barbaram abditarum nationum ui subita sedibus pulsam circa flumen Histrum uagari / 3 cum caritatibus suis disseminantes. quae res aspernanter a nostris 25 inter initia ipsa accepta est hanc ob causam, quod illis tractibus non nisi peracta aut sopita audiri procul agentibus consueuerant bella./

1 ueturi **V** uenturi **E** *A* || 2 tufalorum **V** trifallorum **E** Taifalorum *A* || 3 mulos **V** hunnos **E** muros *A* | hoc **VE** hac *A* || 4 toto **V** tuto **E** *A* || 5 sustitatur **V** suscitatur **E** *A* | hunni **E** | surgebant **V** urgebant **E** *A* || 6 opresserant **V** | distissent **VE** destitissent *A* || 8 gothor **V** Gothorum **E** *A* || 9 inusitatu **V** inusitatum **E** *A* *def. Löfst.* inuisitatum *Btl. Ern. prob. Pet.* | modo nierum ut **V** *def. Löfst. Blomgren* modo ruens ut **E** *A* m. niuium ut *Gron. in adn.* dierum *Btl.* nimborum *Momms.* ruinae *Her., qui* modo r. *post* conuellit (*l. 13*) *colloc.* || 10 cohortum **VE** coortum *A* | conuellit corrumpit **V** *def. Blomgren* et *post* conuellit *add. Lind.* corrumpit *del. ut gloss. Pet.* corrumpitque *Brakman* || 13 elegerat **V** deligeret **E** eligeret *A* || 14 ceptis **V** cespitis **E** *A* || 15 ab arbis **V** ab aruis **E** *A* a barbaris *Val. in adn.* || 16 petentibus **V** *A* petitis **E** patentibus *Lind.* | iam] eam *A* | hoc quoque **V** hocque *Pet.* || 18 uiuo **V** *A* primo **E** duce Alauiuo *Lind.* || 19 suscepisse **V** suscipi se **E** *A* || 21 nobos **V** nouos **E** *A* || 23 et *ante* Quadis *add. Lind. reiec. Blomgren* Quadisque *Brakman* || 25 disseminates **V** disseminantes **E** *A* || 26 nitia **V** initia **E** *A*

uerum pubescente fide gestorum, cui robur aduentus gentilium addi- 4
derat legatorum precibus et obtestatione petentium citra flumen
suscipi plebem extorrem, negotium laetitiae fuit potiusquam timori /
eruditis adulatoribus in maius fortunam principis extollentibus, quae
5 ex ultimis terris tot tirocinia trahens ei nec opinanti offerret, ut colla-
tis in unum suis et alienigenis uiribus inuictum haberet exercitum et
pro militari supplemento, quod prouinciatim annuum pendebatur, /
thesauris accederet auri cumulus magnus. hacque spe mittuntur di-
uersi, qui cum uehiculis plebem transferant truculentam. et nauaba- 5
10 tur opera diligens, ne qui Romanam rem euersurus relinqueretur uel
quassatus morbo letali. proinde permissu imperatoris transeundi
Danubium copiam colendique adepti Thraciae partes transfretaban-
tur in dies et noctes nauibus ratibusque et cauatis arborum alueis
agminatim impositi atque per amnem longe omnium difficillimum /
15 imbriumque crebritate tunc auctum ob densitatem nimiam contra
ictus aquarum nitentes quidam et natare conati hausti sunt plures.
Ita turbido instantium studio orbis Romani pernicies ducebatur. /
illud sane neque obscurum est neque incertum infaustos transuehendi 6
barbaram plebem ministros numerum eius comprehendere calculo
20 saepe temptantes conquieuisse frustratos,
„quem qui scire uelit“
ut eminentissimus memorat uates,
„Libyci uelit aequoris idem
discere quam multae zephyro truduntur harenae.“
25 resipiscant tandem memoriae ueteres Medicas acies ductantes ad
Graeciam. quae, dum Hellespontiacos pontes et discidio quodam 7
fabrili mare sub imo Athonis pede quaesitum exponunt et turmatim

1 pubiscenter ad V pubescente iam E*A* p. ueraci *Günther* p. rapide *Pet.* pubescente *Nov.* | rubor V ruborem E rumor *A* robur *Lind.* (T) || 3 suscepi V suscipi E*A* | letitia aefuit V laetitiae fuit E*A* || 4 eruditus V eruditis E*A* | que V quod E*A* quae *Btl. Pet.* || 5 tharensei V Thracenses E*m2 A* trahens ei *Hadr. Val.* (T) || 7 militaris V militari E*A* | prouinciatum VE prouinciatim *A* || 8 accideret V accederet E*A* | hacques permittuntur V hacque ratione p. E H. persuasione mittuntur *A* spe *Val.* || 9 truculentem V truculentam E*A* || 10 propera V opera E*A* | delinqueretur V derelinqueretur E*A* relinqueretur *Hadr. Val.* || 11 permissum V permissu E*A* || 15 aū V auctum E*A* | densitate V densitatem E*A* || 16 austi V hausti E*m2* (*in marg.*) *A* || 17 adducebatur *Momms. reiec. Bickel* augebatur *Her.* (*cf. 30, 4, 1*) || 21 quis V qui E*A* || 24 dicere V discere E*A* | zefiro V | turbentur *A Btl.* (*ex Verg.*) || 25 reuiuiscant *Val. in adn.* || 26 dudum hellis ponti accupantes V d. Hellespontum occupantes E*A* dum Hellespontiacos pontes *Madv.* || 27 maris ubi montonis V mare sub imo Athonis *Voss. Madv.* maris, litus montanum *Gdt.* | turmati V turmatim E*A*

apud Doriscum exercitus recensetos, concordante omni posteritate /
8 ut fabulosae sunt lectae. nam postquam innumerae gentium multitudines per prouincias circumfusae pandentesque se in spatia ampla camporum regiones omnes et cuncta oppleuere montium iuga, fides quoque uetustatis recenti documento firmata est. et primus cum 5 Alauiuo suscipitur Fritigernus, quibus et alimenta pro tempore et subigendos agros tribui statuerat imperator.

9 Per id tempus nostri limitis reseratis obicibus atque ut Aetnaeas fauillas armatorum agmina diffundente barbaria, cum difficiles necessitatum articuli correctores rei militaris poscerent aliquos cla- 10 ritudine gestarum rerum notissimos, quasi laeuo quodam numine deligente in unum quaesiti potestatibus praefuere castrensibus homines maculosi, quibus Lupicinus antistabat et Maximus,
10 alter per Thracias comes, dux alter exitiosus, ambo aemulae temeritatis. quorum insidiatrix auiditas materia malorum omnium 15 fuit. nam, ut alia omittamus, quae memorati uel certe sinentibus isdem alii perditis rationibus in commeantes peregrinos adhuc innoxios deliquerunt, illud dicetur, quod nec apud sui periculi iudi-
11 ces absoluere ulla poterat uenia triste et inauditum. cum traducti barbari uictus inopia uexarentur, turpe commercium duces inuisis- 20 simi cogitarunt et, quantos undique insatiabilitas colligere potuit canes, pro singulis dederant mancipiis, inter quae quidam ducti sunt optimatum.

12 Per hos dies interea etiam Viderichus Greuthungorum rex cum Alatheo et Safrace, quorum arbitrio regebatur, itemque Farnobio / 25 propinquans Histri marginibus, ut simili susciperetur humanitate, /

1 recensetus V recenserat E recensetur *A* recensitos *Voss.* recensetos *Blomgren Fletcher* | concordiante V concordante E*A* || 2 sun V sum E sunt *A* || 5 uetusta res V u. rei E uetustatis *A* || 8 reseruatis VE reseratis E*m2 A* || 9 difficilis V difficiles E *Val.* difficilibus *A* || 10 articulis V*A* articuli E *Val.* || 11 gestorum ♂ V | notissimum V notissimos E*A* | nomine V numine E*A* || 14 thacias V Thracias E (tr-) *A* | du V diu E dux *A* | aemulae ambo *tr. Nov. Harmon c. c. reiec. Sey.* | aemuli *A* || 18 reliquerunt VE deliquerunt *A* | peri culis V periculi E*A* || 19 obsoluere V absoluere E*A* || 20 barbara V barbari E*A* || 21 agitarunt *Haupt reiec. Löfst.* || 22 dederat V dederunt *Lind.* dederant *Günther* (N*m2*) | que ducti VE quae d. *A* et filii *post* quae *add. Val. in adn. prob. Haupt lac. post* optimatum *indic. Eyss.* propinqui *add. Nov.* quidam *post* quae *add. Walter prob. Miller* || 24 uithericus V*A* Vitericus E*m2* Viderichus *Sey.* (*cf. 31, 3, 3*) | greus tongorum V gentis turingorum E Greuthungorum *A* || 25 malatheo V Alatheo E*A* | safraco V safra E Aphrace *A* Saphrace *Lind.* | farnabio V Farnobio *Val.* || 26 marginibas V marginibus E*A*

obsecrauit imperatorem legatis propere missis. quibus, ut communi 13
rei conducere uidebatur, repudiatis et, quid capesserent, anxiis Athanaricus paria pertimescens abscessit, memor Valentem dudum, cum foederaretur concordia, despexisse affirmantem se religione deuinc-
5 tum, ne calcaret solum aliquando Romanum, hacque causatione principem firmare pacem in medio flumine coegisse. quam simultatem ueritus ut adhuc durantem ad Caucalandensem locum altitudine siluarum inaccessum et montium cum suis omnibus declinauit Sarmatis inde extrusis.

10 At uero Theruingi iam dudum transire permissi prope ripas etiam 5
tum uagabantur duplici impedimento astricti, quod ducum dissimulatione perniciosa nec uictui congruis sunt adiuti et tenebantur consulto nefandis nundinandi commerciis. quo intellecto ad perfidiam 2
instantium malorum subsidium uerti mussabant et Lupicinus, ne iam
15 deficerent, pertimescens eos admotis militibus adigebat ocius proficisci.

Id tempus opportunum nancti Greuthungi, cum alibi militibus 3
occupatis nauigia ultro citroque discurrere solita transgressum eorum prohibentia quiescere perspexissent, ratibus transiere male contextis /
20 castraque a Fritigerno locauere longissime.

At ille genuina praeuidendi sollertia uenturos muniens casus, ut 4
et imperiis oboediret et regibus ualidis iungeretur, incedens segnius Marcianopolim tarde peruenit itineribus lentis. ubi aliud accessit atrocius, quod arsuras in commune exitium faces furiales accendit. /
25 Alauiuo et Fritigerno ad conuiuium corrogatis Lupicinus ab oppidi 5
moenibus barbaram plebem opposito milite procul arcebat introire ad comparanda uictui necessaria ut dicioni nostrae obnoxiam et

1 prope V propere E*A* || 2 reppudiatis V | capesseret VE capesserent *A* | aithanarichus VE (-cus) Athanaricus *A* || 3 para per- V para *om.* E parumper *A* paria per- *Val.* || 4 foeda retretur V foedaretur E*A* foederaretur *Lind.* | dixpessisse V despexisse E*A* || 5 calcaret V calcaret E*A* | hocque V hacque E*A* | occusatione V excusatione E occasione *A* causatione *Val.* || 4 simultamen V*A* simultatem E *Val.* || 7 duratem VE durantem *A* || 12 pernitiosa nehoc V*A* p. / nec hi E nec *Lind.* || 13 nudandi V nundinandi E*A* | perfidia V perfidiam E*A* *lac. post* p. *indic. dubit. Cl. in app.* || 14 uerter dimussabant V uertendi mussabant E *Val.* uertere dissimulabant *A* uerti insimulabant *Pet.* || 15 adnotis V amotis E admotis *A* | otius V || 19 partibus VE ratibus *A* *def. Meurig-D.* | male male V male E*A* || 20 lacauere V locauere E*A* || 22 incidis V incedens E *Lind.* incidit *A* in dies *Her.* (*cf. 31, 6, 5*) || 23 martianopolim V || 24 quo VE quod *A* | conmulne V commune E*A* || 25 Lupicinus ad V L. ab E L. latenti nuntio doctus ab *A* (*cf. p. 172, 5*)

concordem per preces assidue postulantem ortisque maioribus iurgiis /
inter habitatores et uetitos ad usque necessitatem pugnandi est uen-
tum. efferatique acrius barbari, cum necessitudines hostiliter rapi
sentirent, spoliarunt interfectam manum militum magnam. quae ac-
6 cidisse idem Lupicinus latenti nuntio doctus, dum in nepotali mensa 5
ludicris concrepantibus diu discumbens uino marcebat et somno, fu-
turi coniciens exitum satellites omnes, qui pro praetorio honoris et
tutelae causa duces praestolabantur, occidit. hocque populus, qui
7 muros obsidebat, dolenter accepto ad uindictam detentorum regum,
ut opinabatur, paulatim augescens multa minabatur et saeua. utque 10
erat Fritigernus expediti consilii, ueritus, ne teneretur obsidis uice
cum ceteris, exclamauit grauiore pugnandum exitio, ni ipse ad leni-
endum uulgus sineretur exire cum sociis, quod arbitratum humanitatis
specie ductores suos occisos in tumultum exarsit. hocque impetrato /
egressi omnes exceptique cum plausu et gaudiis ascensis equis uola- 15
runt moturi incitamenta diuersa bellorum. haec ubi fama, rumo-
8 rum nutrix maligna, dispersit, urebatur dimicandi studio Ther-
uingorum natio omnis et inter metuenda multa periculorumque
praeuia maximorum uexillis de more sublatis auditisque triste so-
nantibus classicis iam turmae praedatoriae concursabant pilando 20
uillas et incendendo uastisque cladibus, quidquid inueniri poterat,
permiscentes.

9 Aduersus quos Lupicinus properatione tumultuaria coactis militi-
bus temere magis quam consulte progressus in nono ab urbe miliario
stetit paratus ad decernendum. barbarique hoc contemplato globos 25
irrupere nostrorum incauti et parmas oppositis corporibus illidendo /
obuios hastis perforabant et gladiis furoreque urgente cruento et tri-

1 adsudue V || 2 necessitatum V necessitatem E (pugnandi *ante* n. *tr.*) *A* || 3. 4 rapissent irent V rapuissent i. E rapi sentirent *A* || 4 interfecta E | militum magnam.* Quae V*A* magna militum parte / Que E militum manum. Quae *Lind.* (manum *iam* W*m2*N) m. m. Quod *Hadr. Val. lac. post* magnam *indic. Her.* militum manum magnam *Thörnell prob. Miller* manum militum magnam *Češka transposuimus c. c.* | accedens V accidisse *Lind.* (*cf. 31, 3, 4*) accidens *Hadr. Val.* || 5 ne postali V*A* posita E nepotali *Lind.* || 7 petorio V praetorio E*A* || 8 offidit V offendit E occidit *A* || 9 dolentur V dolenter E*A* || 14 doctores V ductores E*A* | tuomultum (o *del. m3 ?*) V tumultum E*A* || 15 uolarunt V *restit. Sey.* euolarunt *Val. in adn.* || 16 incitament diuerso V incitamenta diuersorum E i. diuersa *A* || 19 maximarum V maximorum E*A* || 24 nona V nono E*A* || 26 inrumpere V irrupere E*m2A* | incauti V *restit. Pet.* incitati E incautos *A* | parmasu positis V parmas suppositis E*A* oppositis *Pet.* || 27 obuius V obuios E*A* | cladiis V gladiis E*A* | tribuna V tribuni E*A*

buni et pleraque pars armatorum periere signis ereptis praeter ducem
infaustum, qui ad id solum intentus, ut confligentibus aliis proripe-
ret ipse semet in fugam, urbem cursu concito petit. post quae hostes
armis induti Romanis nullo uetante per uaria grassabantur.
5 Et quoniam ad has partes post multiplices uentum est actus, id 10
lecturos, si qui erunt umquam, obtestamur, ne quis a nobis scrupulose
gesta uel numerum exigat peremptorum, qui comprehendi nullo ge-
nere potuit. sufficiet enim ueritate nullo uelata mendacio ipsas rerum
digerere summitates, cum explicandae rerum memoriae ubique de-
10 beatur integritas fida. negant antiquitatum ignari tantis malorum 11
tenebris offusam aliquando fuisse rem publicam, sed falluntur malo-
rum recentium stupore confixi. namque si superiores uel recens prae-
teritae reuoluantur aetates, tales tamque tristes rerum motus saepe
contigisse monstrabunt. inundarunt Italiam ex abditis oceani parti- 12
15 bus Teutones repente cum Cimbris, sed post inflictas rei Romanae
clades immensas ultimis proeliis per duces amplissimos superati, quid
potestas Martia adhibita prudentia ualet, radicitus exstirpati discri-
minibus didicere supremis. Marco itidem moderante imperium unum 13
spirando uesania gentium dissonarum post bellorum fragores immen-
20 sos, post aerumnas urbium captarum et direptarum et poenas sump-
tas pro rectoris interitu partes eorum exiguas reliquisset intactas. /
uerum mox post calamitosa dispendia res in integrum sunt restitutae / 14
hac gratia, quod nondum solutioris uitae mollitie sobria uetustas in-
fecta nec ambitiosis mensis nec flagitiosis quaestibus inhiabat, /

2 quia V qui E*A* | inuentus V*A* strenuus est inuentus (est *del. m2*) E inten-tus *Btl. Gdt. prob. Pet.* || 5 hac V has E*A* || 7 gresta V gesta E*A* || 8 menda-cia V mendacio E*A* || 9 degerere V diggerere E digerere *A* || 10 antiquitato mignari V antiquitatum ignari E*A* || 12 stu[pore c]onfixi V | superiore VE superiores *A* || 15 cymbris V || 16 inmensa VE immensas *A* || 17 marciade habita prudentie V de habitu prudentiae martia E m. de h. p. *A* adhibita prudentia *Madv. prob. Pet.* addita *Momms.* antehabita prudentiae *Walter* | ualeat *A Madv.* || 18 suppremis V | oderante V moderante E*A* || 20 postae-ri V post E posteri *A* post pericula *Gron. in adn.* miseriam *Eyss.* ruinas *Gdt.* aerumnas *Madv.* exitus *Pet.* || 20.21 et pessum concitas proratoris interitus VE (proraptoris *m2*) *A* et pessundatarum cunctarum prouinciarum interitus *Casaubonus* casus, post pessundatos pop. Rom. exercitus *Salm.* et post multos militum ac protectoris (procuratoris *dubit. Erf. in comm.*) interitus *Gron. in adn.* et pessum datas prouincias integras *Eyss.* passim concisos (c. *Corn.*) impera-toris exercitus *Pet.* poenas sumptas pro rectoris interitu *Her.* pessumdatas co-pias, concitas proprii r. i. *Nov.* p. exercituum mentes concitas, pro r. i. *Češka* || 21 reliquit *Salm.* || 23 solutio restitutae mollitio V dissolutione E solutio re-stitutae mollicie *A* solutioris uitae *Val.* || 24 questibus VE quaestibus *A*

sed unanimanti ardore summi et infimi inter se congruentes ad speciosam pro re publica mortem tamquam ad portum aliquem tranquillum properabant et placidum.

15 Duobus nauium milibus perrupto Bosporo et litoribus Propontidis / Scythicarum gentium cateruae transgressae ediderunt quidem acer- 5 bas terra marique strages, sed amissa suorum parte maxima reuer-
16 terunt. ceciderunt dimicando cum barbaris imperatores Decii pater et filius. obsessae Pamphyliae ciuitates, insulae populatae complures,/ inflammata Macedonia omnis, diu multitudo Thessalonicam circumsedit itidemque Cyzicum. Anchialos capta et tempore eodem Nico- 10 polis, quam indicium uictoriae contra Dacos Traianus condidit im-
17 perator. post clades acceptas illatasque multas et saeuas excisa est Philippopolis centum hominum milibus, nisi fingunt annales, intra moenia iugulatis. uagati per Epirum Thessaliamque et omnem Graeciam licentius hostes externi, sed assumpto in imperium Claudio, / 15 glorioso ductore, et eodem honesta morte praerepto per Aurelianum, acrem uirum et seuerissimum noxarum ultorem, pulsi per longa saecula siluerunt immobiles, nisi quod postea latrocinales globi uicina cum sui exitio rarius incursabant. uerum ea persequar, unde deuerti.

6 Hoc gestorum textu circumlato nuntiis densis Sueridus et Colias, / 20 Gothorum optimates, cum populis suis longe ante suscepti et curare apud Hadrianopolim hiberna dispositi salutem suam ducentes antiquissimam omnium otiosis animis accidentia cuncta contuebantur. /
2 uerum imperatoris litteris repente perlatis, quibus transire iussi sunt in Hellespontum, uiaticum cibos biduique dilationem tribui sibi sine 25 tumore poscebant. quod ciuitatis magistratus ferens indigne — suscensebat enim isdem ob rem suam in suburbano uastatam — imam plebem omnem cum fabricensibus, quorum illic ampla est multitudo, / productam in eorum armauit exitium iussisque bellicum canere bucinis, ni abirent ocius, ut statutum est, pericula omnibus minabatur 30

1 infirmi V infimi E*A* || 2 prope V pro re E*A* | morte V mortem E*A* || 7 domicandō V *corr. m3* || 9 omnes V *corr. m3* | thesalonicam V || 11 indici ut V indicium E*A* || 12 it V et E*A* || 13 fringunt V *corr. m3* || 14 pirum V *corr. m3* | grecam V *corr. m3* || 15 hostis externis V hostes externi E*A* | cludio V *corr. m3* || 16 eadem honeste V eodem honesta E*A* || 17 ultorum V ultorem E*A* || 18 mobilis *ex* momlis V ignobiles E immobiles *A* | patrocinales V latrocinales *Lind.* || 20 texto V textu E*A* || 22 disposti V dispositi E*A* || 23 occidentia V accidentia E*A* || 25 cibus V cibum E cibos *A* || 26 succensebat E*A* || 27 suburbani V suburbano E*A* suburbanis *Hadr. Val.* | inam V iam E uiam *A* imam *Val.* (W*m2*N) || 28 multididudo ♂ V || 30 ne VE ni *A* | otius V

extrema. quo malo praeter spem Gothi perculsi et concito quam con- 3
siderato ciuium assultu perterriti steterunt immobiles laceratique
ad ultimum detestatione atque conuiciis et temptati missilium iacti-
bus raris ad defectionem erupere confessam et caesis plurimis, quos
5 impetus deceperat petulantior, auersisque residuis et telorum uarie-
tate confixis habitu iam Romano cadaueribus spoliatis armati uiso
propius Fritigerno iunxerunt semet ut morigeri socii urbemque clau-
sam obsidionalibus aerumnis urgebant. in qua difficultate diutius
positi passim et promisce ruebant eminensque aliquorum audacia
10 peribat inulta multique sagittis et rotatis per fundas lapidibus inter-
ibant. tunc Fritigernus frustra cum tot cladibus colluctari homines 4
ignaros obsidendi contemplans relicta ibi manu sufficiente abire ne-
gotio imperfecto suasit pacem sibi esse cum parietibus memorans /
suadensque, ut populandas opimas regiones et uberes absque dis-
15 crimine ullo uacuas praesidiis etiamtum adorerentur. laudato regis 5
consilio, quem cogitatorum norant fore socium efficacem, per Thra-
ciarum latus omne dispersi caute gradiebantur dediticiis uel captiuis
uicos uberes ostendentibus, eos praecipue, ubi alimentorum repperiri
satias dicebatur, eo maxime adiumento praeter genuinam erecti fidu-
20 ciam, quod confluebat ad eos in dies ex eadem gente multitudo dudum
a mercatoribus uenumdati adiectis plurimis, quos primo transgressu
necati inedia uino exili uel panis frustis mutauere uilissimis. quibus 6
accessere sequendarum auri uenarum periti non pauci uectigalium
perferre posse non sufficientes sarcinas graues susceptique libenti
25 consensione cunctorum magno usui idem fuere ignota peragrantibus
loca conditoria frugum occulta et latebras hominum et receptacula
secretiora monstrando. nec quidquam nisi inaccessum et deuium prae- 7
euntibus isdem mansit intactum. sine distantia enim aetatis uel sexus /
caedibus incendiorumque magnitudine cuncta flagrabant abstractis-

1 praeteris V praeter E *A* || 2 adsueto VE assultu *A* || 6 armatis V armati *A* || 7 semet (*lac. 4 litt. in fin. pag.*) V | morigeris ocai V m. ocii E morigeri socii *A* || 9 pastim V parcim E passim *A* | promiscae V promiscue E*A* || 10 inuitam multisque V inulta multique *Lind.* || 11 conluctari *ex* conlustari V || 12 relicti V relicta E*A* | adire V abire E*A* || 15 uaquas V uacuas E*A* || 16 quemquem V quem E*A* || 17 dediticus V dedititiis E*A* || 19 diumento V adiumento E*A* || 20 indices V in dies E*A* | gentem multidudo (♂) dum V gente multitudo, dum E*A* dudum *Lind. lac. post* multitudo *indic. Her. Cl. reiec. Blomgren* multitudo seruitii dudum *Thörnell* || 22 necati V *def. Fletcher* enecati *Schneider* uexati *Pet.* paene necati *Walter* | frustris V frustis E frustiis *A* || 23 accenssere V accessere E*A* || 24 non posse non V p. n. *Hadr. Val.* || 25 idem VE *def. Blomgren Frassinetti* iidem *A* isdem *Her.* || 27 monstrans donec VE monstrando nec *A* || 28 distantiae nimiaetatis VE distantia nimia aetatis *A* enim *Lind.*

que ab ipso uberum suctu paruulis et necatis raptae sunt matres et
uiduatae maritis coniuges ante oculos caesis et puberes adultique pue-
8 ri per parentum cadauera tracti sunt. senes denique multi ad satie-
tatem uixisse clamantes post amissas opes cum speciosis feminis
manibus post terga contortis defletisque gentilium fauillis aedium 5
ducebantur extorres.

7 Haec ex Thraciis magno maerore accepta Valentem principem in
sollicitudines uarias distraxerunt. et confestim Victore magistro equi-
tum misso ad Persas, ut super Armeniae statu pro captu rerum com-
poneret impendentium, ipse Antiochia protinus egressurus, ut Con- 10
stantinopolim interim peteret, Profuturum praemisit et Traianum, /
2 ambo rectores anhelantes quidem altius, sed imbelles. qui cum ad
loca uenissent, ubi particulatim perque furta magis et latrocinia multi-
tudo minui deberet hostilis, ad id, quod erat perniciosum, intempestiue
conuersi legiones ab Armenia ductas opposuere uesanum adhuc spi- 15
rantibus barbaris opere quidem Martio saepe recte compertas, sed
impares plebi immensae, quae celsorum iuga montium occuparat et
3 campos. hi numeri nondum experti, quid cum desperatione rabies
ualeret indomita, trusos hostes ultra Haemi montis abscisos scopulos
faucibus impegere praeruptis, ut barbaros in locis incultis nusquam 20
repperientes exitum diuturna consumeret fames et opperirentur ipsi
Frigeridum ducem cum Pannonicis et transalpinis auxiliis aduentan-
tem, quem petitu Valentis Gratianus ire disposuit in procinctum la-
4 turum suppetias his, qui ad ultimum uexabantur exitium. post quem
Richomeres, domesticorum tunc comes, imperatu eiusdem Gratiani 25
motus e Galliis properauit ad Thracias ductans cohortes aliquas
nomine tenus, quarum pars pleraque deseruerat, ut iactauere qui-

1 paruulos V paruulis *A* || 3 societatem V satietatem E*A* || 4 damantes V clamantes E*A* | spetiosis V || 5 posterga V post terga E*A* | deflectisque V defletisque E*A* || 8 sollicitude suarias V *corr. m3* | uictorem V Victore *A* || 9 supra V *om.* E super *A* || 11 contraianum V*A* (*corr. in pag. 307*) || 12 rectoris huellantes V Rectores. Hi bellantes *A* anhelantes *Lind.* || 13 partilatim V particulatim E*A* || 14 pernitiosum V || 17 e V et E*A* || 18 nondtim V nondum E*A* | quod V*A* quid E *Lind.* || 19 uaeret V ualeret E*A* | truso hoste *Lind.* || 20 insidere V*A* infudere *Nov.* inclusere *Momms.* inpegere *Her.* inlisere *Walter* | ut in barbaros in barbaros locis et in solis numquam V ut in B. locis et insulis nunquam E*A* ut B. l. inclusos *Lind.* uti *Hadr. Val.* ubi *Wagn.* in locis desertis et solis *Kießl.* in asperis locis et incultis *Pet.* in barbaris l. et i. (barbaros *om.*) *Momms.* inpactos l. uastis et solis *Nov.* locis in solis *Walter* nusquam *uel* nullumque *Val. in adn.* numquam *def. Blomgren* || 21 repperiens V *def. Pet. Walter Blomgren reiec. dubit. Miller* reperientes *Val. in adn. Kießl. Momms.* | ipse V*A* ipsi E *Lind.* || 23 procincium V procinctum E*A* || 26 gallus V Galliis E*A* | cohartes V cohortes E*A* || 27 quidem V quidam *A*

dam, Merobaudis suasu ueriti, ne destitutae adminiculis Galliae /
uastarentur licenter Rheno perrupto. uerum articulorum dolore Fri- 5
gerido praepedito uel certe, ut obtrectatores finxere maliuoli, morbum
causante, ne feruentibus proeliis interesset, uniuersos regens ex com-
5 muni sententia Richomeres Profuturo sociatur et Traiano tendentibus
prope oppidum Salices; unde haud longo spatio separatum uulgus
inaestimabile barbarorum ad orbis rotundi figuram multitudine di-
gesta plaustrorum tamquam intramuranis cohibitum spatiis otio frue-
batur et ubertate praedarum.

10 Praeuia igitur spe meliorum Romani duces, si fors copiam attulisset, 6
ausuri aliquid gloriosum Gothos, quidquid molirentur, sagaciter ob-
seruabant id scilicet praestruentes, ut, si aliorsum castra mouissent, /
quod fecere creberrime, terga ultimorum adorti plures perfoderent
contis magnamque spoliorum auerterent partem. hoc intellecto hostes 7
15 uel transfugarum indiciis docti, per quos nihil latebat incognitum, in
eodem loco diu manserunt; sed oppositi exercitus metu praestricti /
aliorumque militum, quos affluere iam sperabant, tessera data gentili /
per diuersa prope diffusas acciuere uastatorias manus, quae optima-
tum acceptis ... statimque incensi malleoli ad carraginem, quam ita
20 ipsi appellant, aliti uelocitate regressae incentiuum audendi maiora
popularibus addiderunt. nihil post haec inter partes praeter indutias 8
laxatum est breues. reuersis enim his, quos necessitas euocarat, plebs
omnis intra saeptorum ambitum etiamtum contrusa immaniter fre-
mens animisque concita truculentis experiri postrema discrimina /
25 nec principibus gentis, qui aderant, renuentibus cruditate festinabat.
et quoniam haec sole agebantur extremo noxque aduentans ad quie-
tem inuitos retinebat et maestos, capto per otium cibo somni man-

2 uactarentur V uastarentur E*A* | frigeride V Frigerido *A* || 3 praepedio V praepedito E*A* | ut *add.* E*m2A* || 5 Contraiano *A* (*corr. in pag. 307*) || 6 aut V haud E*A* || 7 inestimabilem VE inaestimabile *A* || 8 cohibita V cohibitum *Val. in adn. def. Blomgren* || 9 ubestate V ubertate E*A* || 12 aliorum V aliorsum *Lind.* (N) || 13 facere VE fecere *A* | adhorti V || 13.14 profoderent confisi V perfoderent *Lind.* contis *Corn. prob. Pet.* confisi *post* hostes *colloc. Her.* (*cf. 18, 3, 4*) || 14 spoliarum V spoliorum E*A* || 17 afluere V affluere E*A* | spebant V sperabant E*A* || 18 mandatis *ante* optimatum *add. Val. in adn.* iussis *Hadr. Val.* || 19 acceptis] assensu *Gron. in adn.* praeceptis *Pet.* | *lac. indic. Her. Cl.* | statimque] statim ut *Hadr. Val. Her.* s. quasi *Pet.* | incessi VE incensi *A* | at VE ad *A* || 22 brelies V breues E*A* | ples V plebs E*A* || 24 traculentis V truculentis E*A* || 25 aderat V aderant E*A* | cruditate V *def. Walter* cupiditate praecipiti *Her. c. c.* cruditate incohibili *Nov.* concitate *Pet.* | festnabat V festinabat E*A* firmabat *Harmon* festinabat ferina *Walter* || 26 aduentas at V aduentans ad E*A* || 27 inuisos V inuitos *Lind.* | capito V capto E*A*

9 serunt expertes. contra Romani his cognitis ipsi quoque exsomnes / uerebantur hostes et male sanos eorum ductores ut rabidas feras, / euentum licet ancipitem ut numero satis inferiores, prosperum tamen ob iustiorem sui causam mentibus exspectantes impauidis.

10 Candente itaque protinus die signo ad arma capienda ex utraque 5 parte per lituos dato barbari, postquam inter eos ex more iuratum est, tumulosos locos appetere temptauerunt, quo exinde per procliue rotarum modo obuios impetu conuoluerent acriore. hocque uiso ad suos quisque manipulos properans miles stabili gradu consistens nec

11 uagabatur nec relictis ordinibus procursabat. ergo ubi utrimque acies 10 cautius incedentes gressu steterunt immobili, toruitate mutua bellatores luminibus se contuebantur obliquis. et Romani quidem uoce undique Martia concinentes a minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellant barritum, uires ualidas erigebant, barbari uero maiorum laudes clamoribus stridebant inconditis. interque uarios ser- 15

12 monis dissoni strepitus leuiora proelia temptabantur. iamque uerrutis et similibus aliis utrimque semet eminus lacessentes ad conferendas coiere minaciter manus et scutis in testudinum formam coagmentatis / pes cum pede collatus est. barbarique ut reparabiles semper et celeres / ingentes clauas in nostros conicientes ambustas mucronesque acrius 20 resistentium pectoribus illidentes sinistrum cornu perrumpunt; quod inclinatum subsidialis robustissimus globus e propinquo latere fortiter

13 excitus haerente iam morte ceruicibus sustentauit. feruente igitur densis caedibus proelio in confertos quisque promptior ruens ritu grandinis undique uolitantibus telis oppetebat et gladiis et seque- 25 bantur equites hinc inde fugientium occipitia lacertis ingentibus praecidentes et terga itidemque altrinsecus pedites lapsorum timore

14 impeditorum secando suffragines. et cum omnia caesorum corporibus opplerentur, iacebant inter eos quidam semanimes spem uitae inaniter

3 tam V tñ E *A* tamen *Lind.* || 5 cadente V candente *Val. in adn. ex cod. Fauchet.* | adar V ad arma E *A* | ei *ex* u V ex E *A* || 6 barbati V barbari E *A* || 9 quisquam V quisque E *A* || 10 uagabantur V uagabatur E *A* || 11 incidentes V incedentes E *A* || 13 continentes V E concinentes *A* || 14 uarritum V E barritum *A* || 15 sermones V sermonis *Val.* || 16 praemia V praelia *Val.* (W*m2*N) || 17 similibus V *def. Meurig-D.* missilibus *Gdt.* | utrumque V *def. Meurig-D.* utrinque E *A* || 18 coire V E *def. Meurig-D.* coiere *A* || 20 conitientes V || 22 globe V globo E globus *A* g. e *Val.* (N*m2*) || 23 horte V cohorte E *A* morte *Val.* (W) || 24 confertis V E confertos *A* | rutu V *corr. m3* || 26 inc V *corr. m3* | ingentibus V *def. Meurig-D.* uigentibus *Gdt.* || 27.28 timorem peditorum V timore impeditorum E *A* || 28 secandos V E secantes *A* secando *Val. in adn.* || 29 semanimus V semianimes E *A* semanimes *def. Pet.*

usurpando, alii glande fundis excussa uel harundinibus armatis ferro
confixi, quorundam capita per medium frontis et uerticis mucrone
distincta in utrumque umerum magno cum horrore pendebant. et 15
pertinaci concertatione nondum lassatae aequo Marte partes semet
5 altrinsecus afflictabant nec de rigore genuino quidquam remittebant, /
dum uires animorum alacritas excitaret. diremit tamen interneciua
certamina cedens uespero dies et cunctis, qua quisque potuit, incom-
posite discedentibus residui omnes repetunt tentoria tristiores. huma- 16
tis denique pro locorum et temporis ratione honoratis quibusdam inter
10 defunctos reliqua peremptorum corpora dirae uolucres consumpse-
runt assuetae illo tempore cadaueribus pasci, ut indicant nunc us-
que albentes ossibus campi. constat tamen in numero longe minore
Romanos cum copiosa multitudine colluctatos funerea multa perpes-
sos non tamen sine deflendis aerumnis exagitasse barbaram plebem.

15 His casibus proeliorum ita luctuose finitis nostri proximos Marciano- 8
poleos petiuere secessus. Gothi intra uehiculorum amfractus sponte
sua contrusi numquam exinde per dies septem egredi uel uideri sunt
ausi ideoque opportunitatem milites nancti immensas alias barba-
rorum cateruas inter Haemimontanas angustias clauserunt aggerum
20 obiectu celsorum hac spe nimirum, ut inter Histrum et solitudines
perniciosa hostium multitudo compacta nullosque repperiens exitus /
periret inedia cunctis utilibus ad uiuendum in ciuitates ualidas com-
portatis, quarum nullam etiamtum circumsedere conati sunt haec
et similia machinari penitus ignorantes. post quae repetiuit Gallias 2
25 Richomeres ob maiorem proeliorum fremitum, qui spectabatur, inde
adminicula perducturus. haec Gratiano quater et Merobaude con-
sulibus agebantur anno in autumnum uergente.

Inter quae Valens audito lugubri bellorum direptionumque euentu / 3

1 grande **V** glande **E***m2* *A* | excussi **V** excussa **E** *A* || 3 humerum **V** || 5 quisquam **V** *A* quicquam **E** *Günther prob. Pet.* | remittebat *A* || 6 internec uia **V** interneciua **E** *A* || 8 residiti **V** reducti **E** residui *A* || 8.9 humati sdemque **V** humatis denique **E** *A* || 10 die finctos **V** defunctos **E** *A* || 12 in n. l. minore **V** *def. Löfst. Blomgren* ut n. l. minores *Günther* (m. *iam Eyss.*) || 13 cum eo **V** cum ea **E***m2* *A* cum adeo *Val. in adn.* eo *del. ut dittogr. Her.* || 14 exagita si **V** exagitatam **E** exagitasse *A* || 18 miletis **V** || 19 intermi mortanas **V** inter Hemimontanas **E** *A* || 20 obiectum uelsorum **V** obiectu inuersorum **E** o. excelsorum *A* celsorum *Val.* (**W***m2*) | ac **VE** hac **E***m2* *A* | inter *add. Lind.* || 21 pernitiosa **V** || 22 perire **V** periret **E** *A* || 24.25 gallas rchomeres **V** Gallias Richomeres **E** (Rico-) *A* || 25 spectabatur **VE** *restituimus* sperabatur *A def. Kell. Schickinger* exspectabatur *Löfst.* || 28 lugubru **V** lucubri **E** lugubri *A* | direptionemque **V** direptionumque **E** *A*

Saturninum equestris exercitus ad tempus cura commissa suppetias
4 Traiano ferentem misit et Profuturo. forteque isdem diebus per Scy-
thiae regiones et Moesiae omnibus, quae poterant mandi, consumptis /
feritate urgente pariter et inopia erumpere barbari molibus magnis
ardebant. hocque saepe temptato cum obruerentur uigore nostrorum/ 5
per asperitates scruposas ualide resistentium, adacti necessitate po-
strema Hunorum et Halanorum aliquos ad societatem spe praedarum
ingentium asciuerunt.

5 Quo cognito Saturninus — iam enim aderat et praetenturas statio-
nesque disponebat agrarias — paulatim colligens suos digredi parabat 10
consilio non absurdo, ne subita multitudo ut amnis immani impulsu
undarum obicibus ruptis emissus conuelleret leui negotio cunctos /
6 suspecta loca acutius obseruantes. deinde post reseratas angustias
abitumque militis tempestiuum incomposite, qua quisque clausorum
potuit nullo uetante, turbandis incubuit rebus et uastabundi omnes 15
per latitudines Thraciae pandebantur impune ab ipsis tractibus, quos
praetermeat Hister, exorsi ad usque Rhodopen et fretum, quod im-
mensa disterminat maria, rapinis et caedibus sanguineque et incen-
diis et liberorum corporum corruptelis omnia foedissime permiscentes.
7 tunc erat spectare cum gemitu facta dictu uisuque praedira, attonitas 20
metu feminas flagris concrepantibus agitari fetibus grauidas adhuc
immaturis, antequam prodirent in lucem, impia tolerantibus multa, /
implicatos alios matribus paruulos et puberum audire lamenta puel-
8 larumque nobilium, quarum stringebat fera captiuitas manus. post
quae adulta uirginitas castitasque nuptarum ore abiecto flens ultima 25
ducebatur mox profanandum pudorem optans morte licet cruciabili

1.2 suppet astraitan offerentem V sub petra (r *del. m2*) stātā o. E suppetias Contraianum o. *A* (C. *corr. in pag. 307*) Traiano ferentem *Val.* (N*m2*) || **2** scythia V *corr. m3* || **3** omnibusb; V omnibus quae E*A* | munda V mandi E*A* || **4** inopiae barbarique V inopia B. E*A* barbari erumpere *Val. in adn.* b. exire *uel* barbarique euagari *Gron. in adn.* erumpere barbari *tr. Cl.* || **5** noctrorum ♂V || **6** necessitae V *corr. m3* || **7** chinorum V hunnorum E Chunorum *A* | praedatum V praedarum E*A* || **9** praeuenturas V preuenturus E praetenturas *A* || **10** agrarias *desinit f. 200 v cod.* V, *sequens intercidit post codices recentiores exscriptos, inter quos cod.* E *exstat, quem contulisse Accursium constat* (*cf. p. XIII*) || **11** ut immanis pulsis E ut i. pulsus E*m2 A* ut amnis immani pulsu *Val. in adn.* uti a. impulsu *Hadr. Val.* ut a. inmani inpulsu *Cl.* ut inmani pulsu *Cl. in app.* ut i. amnis p. *Blomgren* ut inmanis amnis pulsibus *Meurig-D.* || **12** emissa E emissus E*m2 A* || **13** acutius E*A* tutius *Schneider* cautius *Pet.* || **17** hister E Ister *A* | effractum E et fractum *A* et tractum *Lind.* et fretum *Val.* (N*m2*) || **21** aduc E adhuc *A* || **24** nobilium E*A* nubilium E*m2* || **25** adsecto E obserato E*m2 in marg.* affecto *A def. Walter* abiecto *Val. in adn.*

praeuenire. inter quae cum beluae ritu traheretur ingenuus paulo ante
dives et liber, de te Fortuna ut inclementi querebatur et caeca, quae
eum puncto temporis breui opibus exutum et dulcedine caritatum /
domoque extorrem, quam concidisse uidit in cinerem et ruinas, aut
5 lacerandum membratim aut seruiturum sub uerberibus et tormentis /
crudo deuouisti uictori.

9 Barbari tamen uelut diffractis caueis bestiae per spatiorum amplitudines fusius incitati oppidum petiuere nomine Dibaltum, ubi tribunum Scutariorum Barzimerem inuentum cum suis Cornutisque et
10 aliis peditum numeris castra ponentem assiliunt, eruditum puluere
militari rectorem. 10 qui confestim, ut adigebat necessitas instantis exitii, iussa canere bellicum tuba lateribus firmatis prorupit cum promptis accinctis ad proelium fortiterque resistendo pari pugnandi sorte
discessisset, ni eum equitum accursus complurium anhelum circum-
15 uenisset et fessum. et ita cecidit interfectis barbarorum non paucis, /
quorum clades copiarum magnitudo celabat.

9 Re in hunc modum peracta Gothi, quid postea molirentur, incerti /
quaeritabant Frigeridum tamquam obicem ualidum, ubi reperirent,
excisuri et cultiore uictu somnoque parumper assumpto eum seque-
20 bantur ut ferae docti, quod Gratiani monitu reuersus in Thracias et
prope Beroeam uallo metato euentus rerum speculabatur ancipites.
2 et hi quidem ad patrandum propositum discursione rapida maturabant. ille uero regendi conseruandique militis non ignarus id, quod
cogitatum est, suspicatus uel exploratorum relatione, quos miserat,
25 aperte instructus per montium celsa siluarumque densitates ad Illyricum redit erectus prosperitate nimia, quam ei fors obtulit insperata.
3 repedando enim congregatusque in cuneos sensim progrediens Gothorum optimatem Farnobium cum uastatoriis globis uagantem licentius occupauit ducentemque Taifalos nuper in societatem adhibitos; /
30 qui, si dignum est dici, nostris ignotarum gentium terrore dispersis /

1 belluarum E beluae *A* | traherentur E traheretur *A* || [2 fortuna querebatur ut inclementi E F., ut i. quaerebatur *A* || 3 breuioribus E breuioris E*m2A* breui opibus *Val.* | exutum E *Val.* extortum *A* | et *om.* E || 4 concidisse E concessisse *A* || 7 effractis E defractis *A* diffractis *Lind.* (N) | spatiorum E*A def. Nov. Blomgren* Thraciarum *Pet.* || 9 barzimerem E Barzymerem *A* | comitibusque E cornitis E*m2 in marg.* cornitisque *A* Cornutisque *Lind.* || 12 praerupit E*A* prorupit *Pet.* || 14 discesserat *Cl. c. c. prob. Bickel* | accursus equitum E e. a. *A* | complurium E quam plurimum *A* || 18 queritabant E quaeritabant *A* | reppererint *Her. c. c.* || 20 fere E ferae *A* || 24 rōē E relatione *A* || 25 instructos E instructus *A* || 26 ereptus E erectus E*m2A* | insperate E insperata *A* || 27 congregatosque E*A* congregatusque *Günther* || 29 trifallos E Taifalos *A* || 30 dici E *Lind.* duci *A*

4 transiere flumen direpturi uacua defensoribus loca. eorum cateruis subito uisis certare comminus dux cautissimus parans adortusque nationis utriusque grassatores minantes etiamtum acerbas ... trucidassetque omnes ad unum, ut ne nuntius quidem cladis post appareret, / ni cum aliis multis perempto Farnobio metuendo antehac incensore 5 turbarum obtestatus prece impensa superstitibus pepercisset uiuosque omnes circa Mutinam Regiumque et Parmam, Italica oppida, / 5 rura culturos exterminauit. hanc Taifalorum gentem ... ac turpem obscenae uitae flagitiis ita accepimus mersam, ut apud eos nefandi concubitus foedere copulentur maribus puberes aetatis uiriditatem 10 in eorum pollutis usibus consumpturi. porro si qui iam adultus aprum exceperit solus uel interemerit ursum immanem, colluuione liberatur incesti.

10 Haec autumno uergente in hiemem funesti per Thracias turbines conuerrebant. quae temporum rabies uelut cuncta cientibus Furiis / 15 2 ad regiones quoque longinquas progrediens late serpebat. et iam Lentienses, Alamannicus populus tractibus Raetiarum confinis, per fallaces discursus uiolato foedere dudum concepto collimitia nostra 3 temptabat, quae clades hinc exitiale primordium sumpsit. ex hac natione quidam inter principis armigeros militans poscente negotio 20 reuersus in larem, ut erat in loquendo effusior, interrogantes multos, quid ageretur in palatio, docet arcessitu Valentis patrui Gratianum orientem uersus mox signa moturum, ut duplicatis uiribus repellantur plagarum terminalium accolae ad Romanarum rerum excidium coniu-4 rati. quibus auide Lentienses acceptis ipsi quoque haec quasi uicini 25 cernentes, ut sunt ueloces et rapidi, conferti in praedatorios globos / Rhenum gelu peruium peruadunt pruinis Februario mense, quos tendentes prope cum Petulantibus Celtae non sine sui iactura afflic-

1 transire E*A* transiere *Lind. def. Günther* | quorum E eorum *A* || 2 certare uisis subito E s. u. c. *A* || 3 ut prius E ut priusquam *A* utriusque *Val.* | acerba trucidassetque E*A* que *del. Val. in adn.* acerbas strages multos occidit *Nov.* (a. *iam* N *aliique*) *lac. indic. Her.* calamitates *add. in lac. Češka* || 4 ut *add. Lind.* || 8 trifallorum E Taifalorum *A* | turpem E *Gdt.* ac t. *A* t. ac *tr. Lind.* t. atque *Eyss. lac. indic. Cl.* taetram ac t. *Walter* || 9 accipimus E accepimus *A* || 10 marinus E maribus E*m2* (*in marg.*) *A* || 11 siquis E si qui *A* || 15 concurrebant E conuerrebant *A* | et qua E*A* quae *Lind.* atque ea *Günther* aequa *Pet.* atque *Momms.* eaque *Stangl Her.* || 16 sentiensi E Lentiensis E*m2 A* || 19 temptabant *Günther* || 20 natus ne E natione *A* || 21 diffusior E effusior *A* || 22 quid (d *del. m2 ?*) E quid *A* | arcessitu E accersitu *A* || 24 Romanorum uerum E*A* Romanarum rerum *Btl. Haupt Madv. prob. Pet.* || 25 cuius E Quibus *A* | auidi E auide *A* || 27 peruium gelu E g. p. *A* | ac *post* peruium *add. Val. in adn.* peruadunt *Pet.* | transire tentarunt; quos *post* mense *add. Val. in adn.* et *add. Pet.* *lac. post* mense *indic. Hadr. Val. Haupt*

tos grauiter adultis uiribus auerterunt. uerum retrocedere coacti Ger- 5
mani atque noscentes exercitus pleramque partem in Illyricum ut
imperatore mox affuturo praegressam exarsere flagrantius; maiora-
que conceptantes pagorum omnium incolis in unum collectis cum
5 quadraginta armorum milibus uel septuaginta, ut quidam laudes
extollendo principis iactitarunt, sublati in superbiam nostra confi-
dentius irruperunt.

Quibus Gratianus cum formidine magna compertis reuocatis co- 6
hortibus, quas praemiserat in Pannonias, conuocatisque aliis, quas
10 in Galliis retinuerat dispositio prudens, Nannieno negotium dedit, /
uirtutis sobriae duci, eique Mallobaudem iunxit pari potestate colle-
gam, domesticorum comitem regemque Francorum, uirum bellicosum
et fortem. Nannieno igitur pensante fortunarum uersabiles casus ideo- 7
que cunctandum esse censente Mallobaudes alta pugnandi cupiditate
15 raptatus, ut consueuerat, ire in hostem differendi impatiens agebatur.
proinde horrifico aduersum fragore terrente, ubi primum apud Argen- 8
tariam signo per cornicines dato concurri est coeptum, sagittarum
uerrutorumque missilium pulsibus crebriores hinc indeque sterneban-
tur. sed in ipso proeliorum ardore infinita hostium multitudine mili- 9
20 tes uisa uitantesque aperta discrimina per calles consitas arboribus
et angustas, ut quisque potuit, dispersi paulo postea stetere fidentius /
et splendore conspicui proculque nitore fulgentes armorum impera-
torii aduentus iniecere barbaris metum. qui repente uersi in terga / 10
resistentesque interdum, ne quid ultimae rationis omitterent, ita sunt
25 caesi, ut ex praedicto numero non plus quam quinque milia, ut aesti-
mabatur, euaderent densitate nemorum tecta inter complures alios

1 grauiter E (*add. in marg.*) *A* | adultis adultis (*alt. del.*) E adultis *A* || 1. 2 Germanique E *A* Germani *Val. in adn.* G. atque *Hadr. Val.* G. iamque *Her.* || 2 noscentesque *Val. in adn.* | cum E ut *A* || 3 imperatore E Imperatorem *A* | affuturo E abfuturo E*m2* affuturum *A* || 4 conceptantes E *A def. Hagend. Blomgren* coeptantes *Kell.* || 5 armatorum E N *A* armorum *codd. cett. Pet.* || 6 superbia E superbiam *A* | nostram E nostra E*m2 A* || 10 dispositione prudenti E dispositio prudens *A* | nanneno E Nannieno E*m2 A* || 11 iungit E iunxit *A* || 12. 13 fortem et bellicosum E b. et f. *A* || 13 fortunae E fortunarum *A* || 14 mellobaudem E Mallobaudes *A* | autem E *A* alta *Val.* || 15 angebatur E *A* agebatur *Kell.* urgebatur *Pet.* || 16 aduersariorum *Momms.* aduersorum *Her.* | ubi *add. Val. in adn. reiec. Fletcher* | primo E primum *A* || 18 missilibus crebriores pulsibus E missilium p. c. *A* | inde E indeque *A* || 19 milites *A om.* E || 20 consitos E consitas *A* || 21 angustos E angustas *A* || 22 constricti E consimili *A* comitatus *Momms.* (*cf. 31, 10, 14*) cominus *Nov.* conspicui *Pet.* (W*m2*N) | fulgentium E fulgentes *A* || 25 existimabatur E aestimabatur *A* || 26 tecti E *A* tecta *Val.* (N)

audaces et fortes rege quoque Priario interfecto, exitialium concitore pugnarum.

11 Hac laeti successus fiducia Gratianus erectus iamque ad partes tendens eoas laeuorsus flexo itinere latenter Rheno transito spe incitatior bona uniuersam, si id temptanti fors affuisset, delere statuit 5
12 malefidam et turbarum auidam gentem. hocque urgentibus aliis super alios nuntiis cognito Lentienses aerumnis populi sui ad internecionem paene deleti et repentino principis aduentu defixi, quid capesserent, ambigentes, cum neque repugnandi neque agendi aliquid aut moliendi laxamentum possent inuenire uel breue, impetu celeri obsessos 10 petiuerunt inuiis cautibus colles abruptisque per ambitum rupibus insistentes rebus caritatibusque suis, quas secum conduxerant, omni
13 uirium robore propugnabant. qua difficultate perpensa uelut murorum obicibus opponendi per legiones singulas quingenteni leguntur armati usu prudenter bellandi comperti. qui ea re animorum aucta 15 fiducia, quod uersari inter antesignanos uisebatur acriter princeps, / montes scandere nitebantur tamquam uenaticias praedas, si calcassent editiora, confestim sine certamine ullo rapturi; exorsumque proelium uergente in meridiem die tenebrae quoque occupauere noc-
14 turnae. quippe magno utriusque partis pugnabatur exitio. caedebant 20 cadebantque nostrorum non pauci, simul arma imperatorii comitatus auro colorumque micantia claritudine iaculatione ponderum densa confringebantur.

15 Et inde diu reputante Gratiano cum optimatibus perniciosum apparebat et irritum contra asperitates aggerum prominentium intem- 25 pestiua contendere pertinacia, multis ut in tali negotio uariatis sententiis otioso milite circumuallari placuit barbaros inedia fatigatos, /
16 quia locorum iniquitate defenderentur. uerum cum obstinatione simili renitentes Germani peritique regionum petissent alios montes his,

3 letus E laeti *A* | erectusque iam E erectus iamque *A* || 4 leuorsum E laeuorsus *A* || 5 uniuersa E uniuersam *A* | adfulsisset *Btl.* || 7 lentiensis E Lentienses *A* || 9 pugnandi E repugnandi *A* || 10 opraessos E obsessos *A* || 11 callibus E cautibus E*m2* (*in marg.*) *A* || 12 rebus *A om.* E | duxerant E*A* perduxerant *Nov.* conduxerant *Cl. c. c.* adduxerant *Walter* c. c. *prob. Bae.* || 14 quingenti E q. milites *A* quingenteni *Lind.* (N) *C. F. W. M.* || 16 uidebantur (*del. m2*) E uisebatur E*m2 A* || 17 uenaticas E uenaceas *A* uenatitias *Lind.* || 19 ad E in *A* || 20 exitu U *def. Pet.* | caedebant *A om.* E *del. Pet.* || 22 collumque E colorumque *A* || 23 confringebatur E confringebantur *A* || 24 enim diu E Et inde diu *A* Et quoniam diu *Val.* interim dum *Pet.* exinde diu *Her.* deinde diu *Nov.* | optimatibus suis E optimatibus *A* || 27 fatigandos *Kell. Günther* || 28 quia E qui à *A* | defenderentur E *Cl.* defenditur *A* defendebantur *Lind. Günther*

quos ante insiderant, altiores, conuersus illuc cum exercitu imperator /
eadem qua antea fortitudine semitas ducentes ad ardua quaeritabat.
qnem Lentienses intentum iugulis suis omni perseuerandi studio con- 17
tem plantes post deditionem, quam impetrauere supplici prece, oblata,
5 ut praeceptum est, iuuentute ualida nostris tirociniis permiscenda /
adgenitales terras innoxii ire permissi sunt.

Hanc uictoriam opportunam et fructuosam, quae gentes hebetauit 18
ociduas, sempiterni numinis nutu Gratianus incredibile dictu est, /s
quo quantoque uigore exserta celeritate aliorsum properans expediuit,/
10 praoeclarae indolis adolescens, facundus et moderatus et bellicosu
et clemens, ad aemulationem lectorum progrediens principum, dum
etiamtum lanugo genis inserperet speciosa, ni uergens in ludibriosos
actus natura laxantibus proximis semet ad uana studia Caesaris
Commodi conuertisset licet hic incruentus. ut enim ille, quia per- 19
15 imere iaculis plurimas feras spectante consueuerat populo et centum
leones in amphitheatrali circulo simul emissos telorum uario genere /
nullo geminato uulnere contruncauit, ultra hominem exsultauit, ita
hic quoque intra saepta, quae appellant uiuaria, sagittarum pulsibus
crebris dentatas conficiens bestias incidentia multa parui ducebat et
20 seria eo tempore, quo etiam, si imperium Marcus regeret Antoninus, /
aegre sine collegis similibus et magna sobrietate consiliorum lenire
luctuosos rei publicae poterat casus.

Dispositis igitur, quae pro temporum captu per Gallias res rationes- 20
que poscebant, et punito scutario proditore, qui festinare principem
25 ad Illyricum barbaris indicarat, Gratianus exinde digressus per castra,/
quibus Felicis Arboris nomen est, per Lauriacum ad opitulandum op-
pressae parti porrectis itineribus ire tendebat.

Isdemque diebus Frigerido multa atque utilia pro securitate com- 21
muni sollertissime cogitanti munireque properanti Succorum angu-

2 queritabat E quaeritabat *A* || 9 quantique cum V (*hic incipit sequens folium*) quanto cum E *Nov.* quantoque cum *A* quo q. cum *Val. in adn.* (N*m2*) quo q. *Her.* cum *def. Blomgren* | uigore] ardore *Val. in adn.* | exerto V exerta *Lind.* || 10 predare V praeclarae E*A* || 11 principium V principum E*A* || 12 lagono V lanugo E*A* | uergen V uergens E*A* || 13 actos V actus E*A* | ua V uaria E uana *A* || 14 incerruentes V incorruentes E*A* incruentus *Lind.* || 16 leos V leones E*A* || 17 itaque VE ita *A def. Hartke* || 19 dendata V dentatas E*A* || 20 ea V eo E*A* | quaeetiam et si V quo etiam etsi E q. e. si *A* etiam et si *def. Hagend.* || 20.21 antonicus acre V Antoninus hac re E A., aegre *A* || 23 pro *add. A* | nationesque V*A* rationesque E *Val. in adn.* || 24 festinato V festinantem E *Her.* festinare *A* || 26 felices V Felicis E*A* | inaurea cumopitulanda dum opresse V inaureacum opitulanda / dum oppressae E inaureatum o., dum o. *A* Lauriacum ad opitulandum *Lind.* (o. *iam* W*m2*)

stias, ne discursatores hostes et leues tamquam exaestuare sueti torrentes per septemtrionales prouincias fusius uagarentur, successor Maurus nomine mittitur comes, uenalis ferociae specie et ad cuncta mobilis et incertus; is est, quem praeteritorum textu rettulimus ambigenti super corona capiti imponenda Iuliano Caesari, dum inter eius 5 armigeros militaret, arroganti astu fidenter torquem obtulisse collo
22 abstractam. remotusque in ipsa uertigine pereuntium rerum dux cautus et diligens, cum, etiam si dudum discessisset in otium, ad procinctum reduci negotiorum magnitudine poscente deberet.

11 His forte diebus Valens tandem excitus Antiochia longitudine 10 uiarum emensa uenit Constantinopolim, ubi moratus paucissimos dies seditioneque popularium leui pulsatus Sebastiano paulo ante ab Italia, ut petierat, misso, uigilantiae notae ductori, pedestris exercitus cura commissa, quem regebat antea Traianus, ipse ad Melantiada uillam Caesarianam profectus militem stipendio fouebat et 15
2 alimentis et blanda crebritate sermonum. unde cum itinere edicto per tesseram Nicen uenisset, quae statio ita cognominatur, relatione speculatorum didicit refertos opima barbaros praeda a Rhodopeis tractibus prope Hadrianopolim reuertisse. qui motu imperatoris cum abundanti milite cognito popularibus iungere festinant circa Beroeam 20 et Nicopolim agentibus praesidiis fixis atque ilico, ut oblatae occasionis maturitas postulabat, cum trecentenis militibus per singulos numeros lectis Sebastianus properare dispositus est conducens rebus publicis
3 aliquid, ut promittebat, acturus. qui itineribus celeratis conspectus

1 exaestuares utintorrentes V exaestuantes ui torrentes *Lind.* (e. *iam* W*m2*) e. (*uel* exaestuaces) niui t. *Gron. in adn.* exaestuantis uice torrentis *Corn.* exaestuare sueti torrentes *Pet.* exaestuantes imbre t. *Nov.* || 3. 4 cunctam obuissetí V c. obuius et E c. obuiasset *A* cuncta mobilis et *Lind.* (c. *iam* W*m2*) || 4 id VE is *A* | rectulimus V || 5 Iuliano caesari V *def. Bickel* C. I. *tr. Rolfe c. c.* || 6 adrogantia custodiret V ac regiam c. *Lind.* arroganti confidentia *Val. in adn.* a. c. (*uel* audacia) *Hadr. Val. in adn.* draconarius confidenter *Kell.* adrogantia custodis *Pet.* arroganti auctoritate *Momms.* a. astu fidenter *Her.* (*cf. 16, 10, 16*) | terquem V torquem E*A* || 7 abstrictam V abstractam E*A* || 9 negotiorum *ex* negotiurum V || 11 semensa V emense E emensa *A* || 12 seditionesque V seditioneque E*A* || 13 exercitias V exercitus E*A* || 14 melanthia da V || 16 mare et dicto V mane d. E itinere edicto *A* meare e. *Löfst.* || 17 nicem V*A* niceam E Nicen E*m2 Lind.* | relationes V relatione E*A* || 18 radopeos V Rhodopeis E (Ro-) *A* Rhodopes *Cl.* || 19 praephadrianopolim V prope Hadrianopolim E*A* || 20 se *post* iungere *add. Günther reiec. Pet. Geyer* | uero iam V Beroiam E*m2A* Beroeam *Lind.* || 21 nicopoli V Nicopolim E*A* | gentibus V ingentibus *Val. in adn.* agentibus *Gdt.* gentilibus *Momms.* || 22 singulas V singulos E*A* || 23 dispositust *Harmon Bae.* (*uel* dispostus est) *c. c.* dispositus erat *Rolfe c. c.* || 24 celebratis V celeratis *Lind.*

prope Hadrianopolim obseratis ui portis iuxta adire prohibebatur /
ueritis defensoribus, ne captus ab hoste ueniret et subornatus atque
contingeret aliquid in ciuitatis perniciem, quale per †Actum acciderat
comitem, quo per fraudem a Magnentiacis militibus capto claustra
5 patefacta sunt Alpium Iuliarum. agnitus tamen licet sero Sebastianus 4
et urbem introire permissus cibo et quiete curatis pro copia, quos
ductabat, secuta luce impetu clandestino erupit uesperaque incedente
Gothorum uastatorios cuneos prope flumen Hebrum subito uisos pau-
lisper opertus aggeribus et frutectis obscura nocte suspensis passibus
10 consopitos aggressus est adeoque prostrauit, ut praeter paucos, quos
morte uelocitas exemerat pedum, interirent reliqui omnes, praedam-
que retraxit innumeram, quam nec ciuitas cepit nec planities lata
camporum. qua causa percitus Fritigernus et extimescens, ne dux, 5
ut saepe audierat, impetrabilis dispersos licenter suorum globos rap-
15 tuique intentos consumeret improuisos adoriens, reuocatis omnibus
prope Cabylen oppidum cito discessit, ut agentes in regionibus patulis /
nec inedia nec occultis uexarentur insidiis.

Dum haec aguntur in Thraciis, Gratianus docto litteris patruo, qua 6
industria superauerit Alamannos, pedestri itinere praemissis impe-
20 dimentis et sarcinis ipse cum expeditiore militum manu permeato
Danubio delatus Bononiam Sirmium introiit et quadriduum ibi
moratus per idem flumen ad Martis castra descendit febribus inter-
uallatis afflictus; in quo tractu Halanorum impetu repentino tempta-
tus amisit sequentium paucos.

25 Isdemque diebus exagitatus ratione gemina Valens, quod Lentien- 12
ses compererat superatos quodque Sebastianus subinde scribens facta
dictis exaggerabat, e Melantiade signa commouit, aequiperare faci-
nore quodam egregio adolescentem properans filium fratris, cuius

1 in V *om.* E inde *A* ui *Hadr. Val.* undique *Her.* (*cf. 14, 2, 18*) in tempore *Nov.* || 2 suburbanus V subornatus *Lind.* || 3 actum VE alium *A* Acacium *Her.* || 4 fraude V fraudem E*A* | a *add. Val. in adn.* (N*m2*) *reiec. Hassenstein* | magnenciacis V || 7 incendente V incidente E intendente *A* incedente *Val. in adn.* (W*m2*) *Btl. Eyss. prob. Pet. Günther* || 8 uastatorias cuneus V uastatorius c. E*A* uastatorios cuneos *Hadr. Val.* (W*m2*) | uisus *A* || 10 conpositos V *def. Meurig-D.* incompositos *Lind.* consopitos *Günther Harmon* | id quoque V adeoque *Val. in adn.* || 11 praedum (r *del. m3*) V pedum E*A* || 14 ut audierat V audierat E*A* | impetrabis V imperabilis E impetrabilis *A* | raptusque V raptuique E*m2* (*in marg.*) *A* || 18 paruo V patruo E*A* || 20 expeditore V expeditiore E*A* | permeatu V permeato E*A* || 25 hisdemque E Iisdem *A* (*corr. in pag. 307*) || 26 superatus quotque V superatos quodque E*A* || 27 emelanthiadae VE è Melanthiade *A*

uirtutibus urebatur; ducebatque multiplices copias nec contemnendas
nec segnes, quippe etiam ueteranos isdem iunxerat plurimos, inter
quos et honoratiores alii et Traianus recinctus est, paulo ante magister
2 armorum. et quoniam exploratione sollicita cognitum est cogitare
hostes fortibus praesidiis itinera claudere, per quae commeatus ne- 5
cessarii portabuntur, occursum est huic conatui competenter ad reti-
nendas opportunitates angustiarum, quae prope erant, peditibus sa-
3 gittariis et equitum turma citius missa. triduoque proximo cum bar-
bari gradu incederent leni et metuentes eruptionem per deuia quin-
decim milibus passuum a ciuitate discreti stationem peterent Nicen, / 10
incertum, quo errore, procursatoribus omnem illam multitudinis par-
tem, quam uiderant, in numero decem milium esse firmantibus im-
perator procaci quodam calore perculsus isdem occurrere festinabat.
4 proinde agmine quadrato incedens prope suburbanum Hadrianopoleos
uenit, ubi uallo sudibus fossaque firmato Gratianum impatienter op- 15
periens Richomeren comitem domesticorum suscepit ab eodem im-
peratore praemissum cum litteris ipsum quoque uenturum mox indi-
5 cantibus. quarum textu oratus, ut praestolaretur paulisper periculo-
rum participem neue abruptis discriminibus temere semet commit-
teret solum, adhibitis in consilium potestatibus uariis, quid facto 20
6 opus esset, deliberabat. et cum Sebastiano auctore quidam protinus
eundum ad certamen urgerent, Victor nomine magister equitum,
Sarmata, sed cunctator et cautus, eadem sentientibus multis imperii
socium exspectari censebat, ut incrementis exercitus Gallicani ascitis /
7 opprimeretur leuius tumor barbaricus flammans. uicit tamen funesta 25
principis destinatio et adulabilis quorundam sententia regiorum, qui,
ne paene iam partae uictoriae, ut opinabantur, consors fieret Gratia-
nus, properari cursu celeri suadebant.

8 Et dum necessaria parabantur ad decernendum, Christiani ritus
presbyter, ut ipsi appellant, missus a Fritigerno legatus cum aliis 30
humilibus uenit ad principis castra susceptusque leniter eiusdem duc-

1 urebator V *corr. m3* | necondemnendas V nec contemnendas E *A* || 3 hono-
rationes V honoratiores E *A* | procinctus V recinctus *Val. in adn. Btl. def.
Schickinger* || 4 explorationes V exploratione E *A* || 5 comeatus V || 6 porta-
bantur E *A* || 8 cicius V || 9 inciderent V incederent E *A* || 13 festinabant V
festinabat E *A* || 14 incidens V incedens E *A* | hadrianupoleos V || 15 uallos
odibus V uallo sodibus V *m3* u. sudibus E *m2A* || 16 imperator V imperatore E *A* ||
20 uarus V uariis E *A* | quod V *A* quid E *Lind.* || 22 euin dum V eundum E *A* ||
23 armata V armatus E *A* Sarmata *Hadr. Val.* || 26 sententiam V sententia E *A* ||
27 parte V partae E *A* || 30 presbyteri V presbiter E praesbyter *A* || 31 eius-
demque V *def. Pighi* eiusdem E *C. F. W. M. Haupt* eius denique *A* | doctoris V
ductoris E *A*

toris obtulit scripta petentis propalam, ut sibi suisque, quos extorres
patriis laribus rapidi ferarum gentium exegere discursus, habitanda
Thracia sola cum pecore omni concederetur et frugibus, hoc impetrato
spondentis perpetuam pacem. praeter haec idem Christianus ut 9
5 conscius arcanorum et fidus secretas alias eiusdem regis obtulit lit-
teras, qui astu et ludificandi uarietate nimium sollers docebat Valen-
tem quasi mox amicus futurus et socius aliter se popularium saeuitiam
mollire non posse uel ad condiciones rei Romanae profuturas allicere, /
nisi subinde armatum isdem iuxta monstraret exercitum et timore
10 imperatorii nominis intentato eos a pernicioso pugnandi reuocaret
ardore. et legati quidem ut ambigui frustra habiti discesserunt.

Exoriente uero aurora diei, quem quintum Iduum Augustarum 10
numerus ostendit annalis, signa praepropere commouentur impedi-
mentis et sarcinis prope Hadrianopoleos muros cum legionum tutela
15 congrua collocatis. thesauri enim et principalis fortunae insignia cetera
cum praefecto et consistorianis ambitu moenium tenebantur. decursis 11
itaque uiarum spatiis confragosis, cum in medium torridus procederet
dies, octauo tandem hostium carpenta cernuntur, quae ad speciem
rotunditatis detornatae digesta exploratorum relatione affirmaban-
20 tur. atque, ut mos est, ululante barbara plebe ferum et triste Romani
duces aciem struxere et anteposito dextro cornu equitum primo pedi-
tatus pars maxima subsidebat. cornu autem equitum laeuum disiectis 12
adhuc per itinera plurimis summa difficultate conductum properabat
passibus citis. dumque idem cornu nullo etiamtum interturbante
25 extenditur, horrendo fragore sibilantibus armis pulsuque minaci scu-
torum territi barbari, quoniam pars eorum cum Alatheo et Safrace /
procul agens et accita nondum uenerat, oraturos pacem misere legatos.

1 spripta (r *ex* c) V scripta E*A* || 2 claribus V laribus E*A* | rapidis V rapidos E rapidi *A* | exercere V exegere *Lind.* | habitam da V habitandaque E habitanda *A* || 3 concederetur V *restituimus* concederentur *Haupt* || 4 spondentes VE spondentis *A* || 6 uarietatem V uarietate E*A* | solleris V solers E*A* || 7 futuras V futurus E*A* || 8 conditiores V conditiones E*A* || 10 pernitioso V || 18 octauo tandem V *def. Val. in adn.* (*sc.* lapide *uel* milliario) *Pet. Blomgren* (*uel* octaua) octaua t. hora *Haupt* (hora *reiec. Blomgren*) | quae *add. Lind. Pet.* (*ex* digestaque *cf. l. 19*) *reiec. Blomgren* || 19 rodunditatis V | detornata *A* | digestaque V digesta *Lind. Pet.* (*cf. l. 18*) d. quae *Blomgren* || 20 mors V moris E mos *A* || 21 struxire V struxere E*A* instruxere *Nov.* || 24 etiam dum VE etiamnum *A* etiamtum *Lind.* || 25 simulantibus V sibilantibus *Val. in adn.* | pulsoque V pulsu E pulsuque *A* | minacis custorum V minaci scutorum E*A* || 26 safrago V Safrace *Lind.* || 27 accito V accita *Lind.* | foederato raturas V foederaturos E*A* uenerat oraturos *Val. in adn.* (o. *iam* W*m2*N) aderat *Pet.*

13 eorum dum uilitatem despicit imperator, ut firma fierent paciscenda, / optimates poscens idoneos mitti, illi de industria cunctabantur, ut inter fallaces indutias equites sui redirent, quos affore iam sperabant, / et miles feruore calefactus aestiuo siccis faucibus commarceret relucente amplitudine camporum incendiis, quos igniariis nutrimentisque 5 aridis subditis, ut hoc fieret idem, hostes urebant. cui malo aliud quoque accedebat exitiale, quod homines et iumenta cruciabat inedia grauis.

14 Inter quae Fritigernus, callidus futuri coniector Martemque pertimescens ancipitem, uelut caduceatorem unum e plebe suo misit arbi- 10 trio petens nobiles quosdam et electos ad se prope diem obsides mitti, /

15 impauidus ipse †minimi litare laturus et necessaria. laudato probatoque formidati ducis proposito tribunus Equitius, cui tunc erat cura palatii credita, Valentis propinquus, assentientibus cunctis ire pignoris loco mature disponitur. quo renitente, quia semel captus ab hosti- 15 bus lapsusque a Dibalto uerebatur eorum irrationabiles motus, Richomeres se sponte obtulit propria ireque promiserat libens pulchrum hoc quoque facinus et uiro conuenire existimans forti. iamque perge-

16 bat indicia dignitatis et natalium ... eo ad uallum hostile tendente / Sagittarii et Scutarii, quos Bacurius Hiberus quidam tunc regebat et 20 Cassio, auidius impetu calenti progressi iamque aduersis conexi, ut immature proruperant, ita inerti discessu primordia belli foedarunt.

17 hocque impedimento conatus intempestiui et Richomeris alacritas fracta est nusquam ire permissi et equitatus Gothorum cum Alatheo reuersus et Safrace Halanorum manu permixta ut fulmen prope 25

1 dispicit V despicit E*A* | pacisenda V paciscenda E*A* || 3 sallacia V fallaces E*A* || 5 comporum V camporum E*A* | inpendus V incendiis E*m2A* | quos ignaret V que signorum E quos lignis *A* igniariis *Günther* occuparant *Momms.* siccarant *Pet.* igni *Her.* || 6 et V ut E*A* || 7 accidebat V accedebat E*A* || 8 grauit V grauiter E grauis *A* || 9 futuro V futurorum E futuri *A* || 11 impetens V petens *Kell. Her.* impendio p. *Nov.* || 12 minimi litare V munus militare E mini m. *A* uim militarem *Lind. Günther* minas militares *Eyss.* condicionem salutarem laturos et necessariam *Momms.* inpauidos, spe minima (*uel* minuta) laeta relaturos et necessaria *Her.* inpauidus fiducia dig. et nat. (*ex l. 19*), spe minima laeta se laturum et n. *Pet.* i. ipse minime laeta e re nata laturus et n. *Walter* i. i. tirocinia apta ad munus militare l. et n. *Češka* necessario *Günther* || 13 praepositae V proposito E*A* || 14 propinquos VE propinquus *A* | cun (*lac. 3 litt.*) V *lac. 5 litt.* E cunctis *A* || 15 locum aturae V loco mature E*A* || 16 ad V à E*A* || 17 ire qui V ireque *Val.* || 18 ficinus V facinus E*A* || 19 natalium (*lac. 20 litt.*) VE (*lac. 12 litt.*) n. daturus *A* n. suorum ostentaturus *Češka* | uallium V uallum E*A* || 22 proruperaut V proruperant E*A* | bella V belli E*A* || 23 richomens V Richomeris E (Rico-) *A* || 24 facta VE fracta *A* | dum V cum E*A* || 25 safraco VE Safrago *A* Safrace *Lind.* | alannorum V halanorum E Alamannorum *A*

montes celsos excussus, quoscumque accursu ueloci inuenire comminus potuit, incitata caede turbauit.

Cumque arma ex latere omni concuterentur et tela lituosque Bellona luctuosos inflaret in clades Romanas solito immanius furens, / **18**
5 cedentes nostri multis interclamantibus restiterunt et proelium flammarum ritu accrescens terrebat militum animos confixis quibusdam rotatis ictibus iaculorum et sagittarum. deinde collisae in modum **2** rostratarum nauium acies trudentesque se uicissim undarum specie motibus sunt reciprocis iactitatae. et quia sinistrum cornu ad usque
10 plaustra ipsa accessit ultra, si qui tulissent suppetias, processurum, / a reliquo equitatu desertum multitudine hostili urgente ac si ruina aggeris magni oppressum atque deiectum est. steterunt improtecti pedites ita concateruatis manipulis, ut uix mucronem exserere aut manus reducere quisquam posset. nec iam obiectu pulueris caelum
15 patere potuit ad prospectum clamoribus resultans horrificis. qua causa tela undique mortem uibrantia destinata cadebant et noxia, / quod nec prouideri poterant nec caueri. uerum ubi effusi immensis **3** agminibus barbari iumenta conterebant et uiros et neque ad receptum confertis ordinibus laxari usquam poterat locus et euadendi co-
20 piam constipatio densior adimebat, nostri quoque ultimo cadendi contemptu occursantes receptis gladiis obtruncabant et mutuis securium ictibus galeae perfringebantur atque loricae. uidereque licebat **4** celsum ferocia barbarum genis stridore constrictis succiso poplite aut abscisa ferro dextera uel confosso latere inter ipsa quoque mortis con-
25 finia minaciter circumferentem oculos truces ruinaque confligentium mutua humi corporibus stratis campi peremptis impleti sunt et morientium gemitus profundisque uulneribus transfixorum cum

4 dades romanos V clades Romanas E*A* || 4. 5 forens caedentes V furens cedentes E*A* || 5 resisterunt V restiterunt E*A* | prolium ♂ V || 6 ritua cresans V ritu acres abs- E*A* crescens *Val.* accrescens *Erf. in comm.* | amimos V | confixos V confixis *Lind.* || 7 sictibus iacularum V ictibus iaculorum E*A* | sagittarum. (*lac. 2 litt.*) Deinde V | conlisae *ex* conusae V || 8 rostrarum V rostratarum E*A* | uicissimi V uicissim E*m2A* | spetie V || 9 hacta intatae V agitatae E*A* iactitatae *Hadr. Val.* | cornum V cornu E*A* || 10 ipsae V ipsa E*A* | qui V siqui *Lind.* (N*m2*) | tullissent V || 11 desertu VE desertum *A* | si V *om.* E sicut *A* ac si *Her.* || 13 fix V fixi et E f. nec *A* uix *Val.* (W*m2*) || 15 praespectum V prospectum E*A* || 20 nostris VE nostri *A* || 22 galae V galeae E*A* || 23 genistri dore V genuino stridore E genis st. E*m2A* | succis opiblitae ut V succiso poplite aut E*A* || 25 circu* forente (*fu.* m) V circumferentem E*A* || 26 mutu ad V mutua E *Haupt* m. ad *A* m. ac *Hadr. Val.* | humo VE humum *A* humi *Nov.* | corporis V corporibus E*A* humo c. strata *dubit. Her.* | sunet V sunt. et E*A*

5 timore audiebantur ingenti. in hoc tanto tamque confusae rei tumultu/ exhausti labore et periculis pedites, cum deinceps neque uires illis neque mentes suppeterent ad consilium, diffractis hastarum plerisque collisione assidua gladiis contenti destrictis in confertas hostium turmas mergebant salutis immemores circumspectantes ademptum esse 5
6 omne euadendi suffugium. et quia humus riuis operta sanguineis gressus labiles euertebat, conabantur modis omnibus uitam impendere non inultam adeo magno animorum robore oppositi incumbentibus, / ut etiam telis quidam propriis interirent. atra denique cruoris facie omnia conturbante et, quocumque se inflexerant oculi, aceruis cae- 10
7 sorum aggestis exanimata cadauera sine parsimonia calcabantur. solque sublimior decurso Leone ad domicilium caelestis Virginis transiens Romanos magis attenuatos inedia sitique confectos etiam armorum grauantibus sarcinis exurebat. ad ultimum incumbente barbarorum pondere acies inclinatae nostrorum, quod solum postre- 15 mis malis habuere subsidium, incondite, qua quisque poterat, uertuntur in pedes.

8 Dumque omnes dispersi per ignotos tramites cedunt, imperator diris pauoribus circumsaeptus paulatimque insiliens funerum moles ad Lancearios confugit et Mattiarios; qui, dum multitudo tolerabatur 20 hostilis, fixis corporibus steterant inconcussi. eoque uiso Traianus exclamat, spem omnem absumptam, ni desertus ab armigeris prin-
9 ceps saltim aduenticio tegeretur auxilio. hocque audito Victor nomine comes Batauos in subsidiis locatos haud procul ad imperatoris praesidium raptim cogere properans, cum inuenire neminem posset, gra- 25 diens retro discessit. parique modo Richomeres periculo semet exemit et Saturninus.

10 Sequebantur itaque furore ex oculis lucente barbari nostros iam liquente uenarum calore torpentes; quorum aliqui percussoribus cade-

1 ta*(*fu.* r) (*lac. 2 litt.*) tamque V itaque tam E tanto tamque *A* | tumultum V tumultu E*A* || 2 deinceps (d *ex* n) V || 3 plerique VE plerisque *A* || 4 adsudua V assidua E*A* | distructis V disruptis E districtis *A* destrictis *Gron.* || 5 mergebant de VE mergebantur *A* mergebant se *Hadr. Val.* se demergebant *uel* sese m. *Nov. c. c.* se immergebant *Her.* mergebant *restit. Sey.* | salute E || 6 opertas V operta E*A* || 8 rubore V robore E*A* | oppositis V oppositi *Lind.* || 9 croris V cruoris E*A* || 11 pars monia V parsimonia E*A* | solque (o *ex* u) V || 12 decursu V decurso E*A* || 14 exuberat V exuperabat E*m2A* exurebat *Val.* || 16 habue V habuit uel abfuit E habuere *A* || 18 caedunt V*A* cedunt E || 19 paulatim quam siliens V p. transiliens E paulatimque insiliens *A* || 20 lacearios V Lancearios E*A* | matsiarius V matsiarios E Mattiarios *A* || 22 adsumptam ne V absumptam ne E a., ni *A* || 28 lucente V *restit. Sey.* elucente *Her. c. c.* (*cf. 15, 13, 1*) *def. Fletcher* || 29 linquente E*A*

bant incertis, nonnulli ponderibus solis urgentium obruti ictuque
suorum aliqui trucidati; nec enim saepe renitentibus cedebatur aut
parcebat cedentibus quisquam. super his obstruebant itinera iacentes 11
multi semineces cruciatus uulnerum non ferentes, cum quibus aggeres
5 quoque equorum constrati cadaueribus campos implerunt. diremit
haec numquam pensabilia damna, quae magno rebus stetere Romanis,/
nullo splendore lunari nox fulgens.

Primaque caligine tenebrarum inter gregarios imperator, ut opinari 12
dabatur — neque enim uidisse se quisquam uel praesto fuisse asseue-
10 rauit —, sagitta perniciose saucius ruit spirituque mox consumpto
decessit nec postea repertus est usquam. hostium enim paucis spo-
liandi gratia mortuos per ea loca diu uersatis nullus fugatorum uel
accolarum illuc adire est ausus. simili clade Caesarem accipimus De- 13
cium dimicantem cum barbaris acriter equi lapsu prostratum, quem
15 feruentem retinere non ualuit, abiectumque in paludem nec emergere
potuisse nec inueniri. alii dicunt Valentem animam non exhalasse 14
confestim, sed cum candidatis et spadonibus paucis prope ad agre-
stem casam relatum secunda contignatione fabre munitam, dum foue-
tur manibus imperitis, circumsessum ab hostilibus, qui esset, igno-
20 rantibus dedecore captiuitatis exemptum. cum enim oppessulatas 15
ianuas perrumpere conati, qui secuti sunt, a parte pensili domus sagit-
tis incesserentur, ne per moras inexpedibiles populandi amitterent
copiam, congestis stipulae fascibus et lignorum flammaque supposita /
aedificium cum hominibus torruerunt. unde quidam de candidatis / 16
25 per fenestram lapsus captusque a barbaris prodidit factum et eos
maerore afflixit magna gloria defraudatos, quod Romanae rei recto-
rem non cepere superstitem. is ipse iuuenis occulte postea reuersus ad

1 ictique **V** ictuque **E***A* ictibusque *Nov.* || 2 caedebatur **V***A* cedebatur **E** || 3 caedentibus **V***A* cadentibus **E** cedentibus *Val. in adn.* (N) || 4 inconferentes **V** non ferentes *Lind.* iniquum f. *Eyss. reiec. C. F. W. M.* conquerentes *Haupt* incondite perferentes *Nov.* inconniui ferentes *Her.* incontinenter f. *Walter antea* utcunque f. *postea prob. Miller* iam non f. *Meurig-D.* || 5 imperunt **V** implerant **E** implerunt *A* || 10 pernitiose **V** || 11 fertus **VE** repertus *A* || 12 gratiam **V** gratia **E***A* | fugaturum **V** fugatorum **E***A* || 13 accalarum **V** accolarum **E***A* | audire **V** adire **E***A* | accepimus **E***A* *def. C. F. W. M.* || 14 dimicante **V** dimicantem **E***A* || 16 potuisset **V** potuisse **E***A* | inuenire **V** inueniri **E***A* || 17 concidisset a *post* cum *add. Günther* | canditatis **V** | ad egrestem **V** agrestem **E** ad agrestem *A* || 18 cognatione **V** contignatione **E***m2 Lind.* cognitione *A* || 19 hostilibus **V** *def. Bae. Blomgren* hostibus **E***A* || 20 captitutatis exeptum **V** captiuitatis exceptum **E** c. exemptum *A* || 21 aperte pensilis **V** a parte pensili *Val. in adn.* || 23 suppositae **V** supposita **E***A* || 24 omnibus *A* || 25 prodiit **VE** prodidit *A* || 26 defraudatis **V***A* defraudatos **E** *Lind.* | reciorem **V** Rectorem **E***A* || 27 iuuenes **V** *corr. m3*

17 nostros haec ita accidisse narrauit. pari clade recuperatis Hispaniis / Scipionum alterum cremata turri, in quam confugerat, absumptum incendio hostili comperimus. illud tamen certum est nec Scipioni nec Valenti sepulturam, qui supremitatis honor est, contigisse.

18 In hac multiplici uirorum illustrium clade Traiani mors eminuit et 5 Sebastiani, cum quibus triginta quinque oppetiuere tribuni uacantes / et numerorum rectores et Valerianus atque Equitius, quorum alter stabulum, alter curabat palatium. inter hos etiam Promotorum tribunus Potentius cecidit in primaeuo aetatis flore, bono cuique spectatus, meritis Vrsicini patris, magistri quondam armorum, suisque 10 **19** commendabilis. constatque uix tertiam euasisse exercitus partem ... annalibus praeter Cannensem pugnam ita ad internecionem res legitur gesta, quamquam Romani aliquotiens reflante Fortuna fallaciis lusi / bellorum iniquitati cesserunt ad tempus et certamina multa fabulosae neniae fleuere Graecorum. 15

14 Perit autem hoc exitu Valens quinquagesimo anno contiguus, cum per annos quattuor imperasset et decem, paruo minus. cuius bona **2** multis cognita dicemus et uitia. amicus fidelis et firmus, ultor acer ambitionum, seuerus militaris et ciuilis disciplinae corrector, peruigil semper et anxius, ne quis propinquitatem eius praetendens altius 20 semet efferret, erga deferendas potestates uel adimendas nimium tardus, prouinciarum aequissimus tutor, quarum singulas ut domum propriam custodibat indemnes, tributorum onera studio quodam molliens singulari, nulla uectigalium admittens augmenta, in adaerandis reliquorum debitis non molestus, furibus et in peculatu depre- 25 hensis iudicibus inimicus asper et uehemens. nec sub alio principe in **3** huiusmodi negotiis melius secum actum esse meminit oriens. super his omnibus liberalis erat cum moderatione, cuius rei licet abundent exempla, unum tamen sufficiet poni. ut sunt in palatiis nonnulli ali-

2 absuptum V || 3 spicionis V Scipionis E Scipioni *A* || 4 ualentis VE Valenti *A* | supprimitatis honore si V suppremitatis h. E supremitatis honor est *A* || 9 aetatis flore V *def. Bickel Bae.* flore aetatis *tr. Rolfe c. c.* || 11.12 partem annalibus VE p., Nec ulla a. *A* *lac. indic. Cl.* || 13 roman V Romani E*A* | reflente fortima V reflante Fortuna E reflectente F. *A* || 14 uellorum V bellorum E*A* | certaminam V certamina E*A* || 14.15 famulo saenenie V famulose neniae E fabulosae n. *A* || 15.16 graecorum commendabilis constatque (*cf. l. 11*) perit VE (periit) G. c., c. (*lac. 5 litt.*) Periit *A* G. Perit *Val.* || 17 quattuorumerasset ♂ V | bonis VE bona *A* || 19 peruigile V peruigil E*A* || 20 quis *add. C. F. W. M.* | eius] quis *Gdt.* || 21 ferret V *def. Pighi* efferret *Val. in adn.* quisquam e. *Nov.* | turdus V tardus E*A* || 23 custodiebat E*A* | honera V onera E*A* || 25 debitum V debitis E*A* || 28 liberali V*A* liberalis E *Val.* | cum] animi *A* || 29 sunnt V

enarum rerum auidi, si qui caducum uel aliud petisset ex usu, cum
magna iustorum iniustorumque distinctione contradicturis copia ser-
uata donabat ei, qui petierat, tres uel quattuor alios absentes aliquoti-
ens impetratorum participes iungens, ut castigatius agerent inquieti /
5 lucra, quibus inhiabant, hoc minui commento cernentes. super aedifi- 4
ciis autem, quae per diuersas urbes et oppida uel instaurauit uel a pri-
mis instruxit auspiciis, ne sim longior, taceo rebus ipsis id apertius
monstrare concedens. haec bonis omnibus aemulanda sunt, ut existi-
mo. nunc eius uitia percurramus.

10 Magnarum opum intemperans appetitor, laborum impatiens, duri- 5
tiamque magis affectans immanem, in crudelitatem procliuior, sub-
agrestis ingenii, nec bellicis nec liberalibus studiis eruditus, alienis ge-
mitibus libenter emolumenta fructusque conquirens tuncque magis
intolerabilis, cum incidentia crimina ad contemptam uel laesam prin-
15 cipis amplitudinem trahens in sanguinem saeuiebat et dispendia locu-
pletum. illud quoque ferri non poterat, quod, cum legibus lites omnes 6
quaestionesque committere uideri se uellet destinatisque uelut lectis
iudicibus negotia spectanda mandabat, nihil agi contra libidinem
suam patiebatur, iniuriosus alia et iracundus et criminantibus sine
20 differentia ueri uel falsi facillime patens, quae uitiorum labes etiam
in his priuatis cotidianisque rationibus impendio est formidanda.

Cessator et piger, nigri coloris, pupula oculi unius obstructa, sed 7
ita, ut non eminus appareret, figura bene compacta membrorum, /
staturae nec procerae nec humilis, incuruis cruribus exstanteque
25 mediocriter uentre.

Haec super Valente dixisse sufficiet, quae uera esse aequalis nobis 8
memoria plene testatur. illud autem praeteriri non conuenit, quod,

1 rerum auidi V *def. Bickel* auidi rerum *tr. Bae. Rolfe c. c.* r. auidiores *Fletcher c. c.* || 2 iustorumque V iustorum E*A* i. iniustorumque *Val.* | contradictoris V contradictori *Val.* contradicturis *Her.* || 3 res VE tres *A* || 4 imperatorum V impetratorum *Lind.* || 5 minus V minui *Val.* || 6 diuersa V *corr. m3* | insaurauit V *corr. m3* || 7 auspicior V auspiciis E*A* | sunt V sim E*A* | taceoribus V taceo / doctioribus E t., potioribus *A* t. rebus *Val. in adn.* (W*m2*N) | pertius V peritius E apertius *A* || 11 proclicior V procliuior E*A* || 13 emoulumenta fractusque V emolumenta fructusque E*A* || 14 intollerabilis V | ausam V laesam E*A* || 17 quaestiones V*A* quaestionesque E *Lind.* | ueteris euellet V ueteres uellet E*A* uideri se u. *Val.* || 19 pauebatur iniuriosos V patiebatur. iniuriosus E*A* | alias E*A* || 22 Essator VE cessator *A* | pigner inigni V piger / i. E nigri uel ignei E*m2 in marg.* piger. nigri *A* || 24 crurius V cruribus E*A* || 25 memediocriter V mediocriter E*A* || 27 memora V memoria E*A*

cum oraculo tripodis, quem mouisse Patricium docuimus et Hilarium, /
tres uersus illos fatidicos comperisset, quorum ultimum est

ἐν πεδίοισι Μίμαντος ἀγαιομένοιο Ἄρηος,

ut erat inconsummatus et rudis, inter initia contemnebat, processu
uero luctuum maximorum abiecte etiam timidus eiusdem sortis re- 5
cordatione Asiae nomen horrebat, ubi Erythraeo oppido superpositum
montem Mimanta et Homerum scripsisse et Tullium doctis referenti-
9 bus audiebat. denique post interitum eius discessumque hostilem pro-
pe locum, in quo cecidisse existimatus est, inuentus dicitur saxeus
monumenti suggestus, cui lapis affixus incisis litteris Graecis sepul- 10
tum ibi nobilem quendam Mimanta ueterem indicabat.

15 Post exitialem pugnam cum iam tenebris nox terras implesset, hi,
qui superfuere, dextra pars, alii laeua uel, quo metus traxerat, fere-
bantur quisque proximos quaerens, cum praeter se nihil singuli cer-
nere poterant occipitiis propriis ferrum arbitrantes haerere. audie- 15
bantur tamen licet longius heiulatus miserabiles relictorum singultus-
que morientium et uulneratorum cruciabiles fletus.

2 Luce uero coeptante uictores ut bestiae sanguinis irritamento atro-
cius efferatae spei inanis illecebris agitati Hadrianopolim agminibus
petiuere densetis eam uel cum discriminibus excisuri postremis docti 20
per proditores et transfugas potestatum culmina maximarum et for-
tunae principalis insignia thesaurosque Valentis illic ut arduo in
3 munimento conditos esse. et ne interuallatis ardor intepesceret moris, /
hora diei quarta ambitu cincto murorum infestissime certabatur op-
pugnatoribus genuina ferocia ad praeceps exitium festinantibus con- 25
4 traque defensorum uigore ualidis uiribus incitato. et quia militum

1 documus **V** docuimus **E** *A* || 2 faticos **V** *corr. m3* | conferisset **V** comperisset **E** *A* || 3 ϵΝΠΑΙΔΙΟΙCΙΜΙΜΑΝΤΟCΑΙΑΛΙΛΑΙΟΛCϵΝΟΙΟΑΡ hoc **VE** *ΕΝΠΑΙΔΙΟΙΣΙ ΜΙΜΑΝΤΟΣ ΑΙΑΛΙΛΑΙΟΜΕΝΟΙΟΑΡ.* hoc *A* *ἐν πεδίοσι Μίμαντος Lind.* *ἀγαιομένοιο Ἄρηος Haupt* || 4 rudens **V** rudis **E** *A* | condemnebat **VE** contemnebat *A* || 5 abiecta **VE** obiecta *A* abiecte *Lind.* || 6 borrebat (b *ex* o) **V** horrebat **E** *A* | erutheo **V** eritheo **E** Erichtheo *A* Erythraeo *Lind.* | oppidum **V** oppido **E** *A* | suppositum **V** superpositum *Lind. in adn.* || 7 tullum **V** *A* Tullium **E** || 9 caecidis **V** cecidisse **E** caecidisse *A* || 10 monumentis **V** monumenti **E** *A* || 12 his **V** hii *Lind.* || 13 ferebant ut **V** ferebantur ut **E** ferebatur *A* ferebantur *Val.* || 14 cere **V** hiscere **E** licere *A* cernere *Val. in adn.* || 15 abitrantes **V** arbitrantes **E** *A* || 16 miserabilis **V** miserabiles **E** *A* || 17 cruciabilis **V** cruciabiles **E** *A* || 19 agitanti **V** agitati **E** *A* || 20 densetis **V** *def. Vogel* densatis **E** *A* || 22 ardor **V** arduo **E** *A* *post* munimento *colloc. Her. c. c., post* conditos *Harmon* || 23 monumento *ex* munumento **V** munimento *Lind.* | conditos **V** *def. Bickel Harmon* (*uel* c. arduo *tr. c. c.*) reconditos *Bae.* conditos esse *Sey. c. c.* | moras **V** moris *Lind.* (**W***m2***N**) || 24 infertissime **V** infestissime **E** *A*

calonumque numerus magnus ciuitatem cum iumentis introire pro-
hibitus affixus parietibus moenium aedibusque continuis pro loci
humilitate fortiter decernebat superaratque rabies imminentium ad
usque horam diei nonam, subito pedites nostri trecenti ex his, qui
5 prope ipsas stetere loricas, conferti in cuneum desciuerunt ad barba-
ros eosque illi auide raptos confestim incertum, quo consilio, trucida-
runt; et ex eo deinceps obseruatum est neminem huiusmodi aliquid /
uel in desperatione rerum ultima cogitasse. feruente itaque tot malo- 5
rum congerie repente cum fragore caelesti imbres nubibus atris effusi /
10 dispersere circumfrementium globos reuersique ad uallum dimensum /
tereti figura plaustrorum immanes spiritus latius porrigentes iube-
bant nostris per minaces litteras et legatum dedere ciuitatem fide
retinendae salutis accepta. uerum introire non auso, qui missus est, / 6
per Christianum quendam portatis scriptis et recitatis, utque decebat,
15 contemptatis parandis operibus dies et nox omnis absumpta. nam
intrinsecus silicibus magnis obstrusae sunt portae et moenium intuta
firmata et ad emittenda undique tela uel saxa tormenta per locos
aptata sunt habiles aggestaque prope sufficiens aqua. pridie enim
dimicantium quidam siti ad usque ipsa uitae detrimenta uexati sunt.
20 Contra Gothi reputantes difficiles Martis euentus anxiique, cum 7
sterni et sauciari cernerent fortiores et particulatim uires suas con-
uelli, astutum iniere consilium, quod ipsa indicante Iustitia publica-
tum est. partis enim nostrae candidatos aliquos, qui die praeterito ad 8
eos defecerant, pellexere, ut simulata fuga uelut ad propria remeantes /
25 intra muros suscipi se curarent ingressique latenter quandam incen-
derent partem, ut tamquam signo erecto occultius, dum circa exstin-
guendum incendium distringitur multitudo clausorum, ciuitas perrum-

1 proibitis **V** prohibitis **E***A* prohibitus *Val.* || **2** continus **V** continuis **E***A* || **3** superaretque **V** *def. Frassinetti* superaratque **E***A* || **5** ipsa **VE** ipse *A* ipsas *Lind.* | conferte **V***A* conferti **E** *Lind.* || **7** modi *add. A* || **11** teretfiguret **V** teret figure **E** tereti figurae *A* figura *Lind.* || **12** etatem **V** aetatem **E***A* ut se dederent statim *Val. in adn. lac. ante* aetatem *indic. Eyss.* dedere ciuitatem *Her.* || **13** quo **V** qui *Lind.* || **14** diristianum **V** cristianum **E** christianum *A* | dicebat **V***A* decebat **E** *Lind.* || **15** contemptatis **V** *def. Blomgren* contemperatis **E** contemplatis *A* contemptis *Momms. Harmon* | diei **V** reliquum diei *Hadr. Val.* dies *Gdt.* diei residuum *Her.* (*cf. 21, 12, 11*) | adsumpta **V** absumpta **E** *Lind.* assumpta *A* || **16** scilicibus **V** silicibus **E***A* || **18** sunnt **V** || **19** defrumenta **VE** discrimina *A* detrimenta *Val. in adn.* (N*m2*) || **21** sauaci **V** saucios **E** sauciari *A* || **22** as totum **V** astutum **E***A* | uastitia **VE** iustitia *A* || **23** candidato caliquos **V** candidatos aliquos **E***A* || **24** deficerent **V** defecerant **E***A* || **25** suscepisse **V** suscipi se **E***A* | latentem **VE** latenter *A* || **26** exigendo **V** exstinguendum **E** *Lind.* exigendum *A*

9 peretur impropugnata. perrexere, ut statutum est, candidati, cum-
que prope fossas uenissent, manus tendentes orantesque ut Romanos
semet admitti poscebant. et recepti, quia nulla erat suspicio, quae
uetaret, interrogatique super consiliis hostium uariarunt. unde fac-
tum est, ut cruenta quaestione uexati ceruicibus perirent abscisis, / 5
quid acturi uenerant, aperte confessi.

10 Omni itaque bellandi apparatu praestructo aduentante uigilia tertia/
barbari abolito praeteritorum uulnerum metu in urbis obseratos ad-
itus multiplicatis ordinibus inundarunt et obstinationem repugnan-
tium ... ere. at cum armatis prouinciales et palatini ad obruendos eos 10
excitatius exsurgebant et cuiusce modi tela in multitudine tanta uel
11 temere missa cadere sine noxa non poterant. animaduersum est a
nostris isdem telis barbaros uti, quibus petebantur. ideoque manda-
tum est, ut neruis ferrum lignumque conectentibus ante iactum in-
cisis emitterentur arcu sagittae, quae uolitantes uires integras inser- 15
uabant, infixae uero corporibus nihil uigoris perdebant aut certe, si
12 cecidissent in uanum, ilico frangebantur. dedit autem rebus ita fla-
grantibus graue momentum casus admodum inopinus. scorpio, genus
tormenti, quem onagrum sermo uulgaris appellat, e regione contra
hostium aciem densam locatus lapidem contorsit ingentem, qui, licet 20
humo frustra illisus est, uisus tamen ita eos metu exanimauit, ut
13 stupore spectaculi noui cedentes e medio abire temptarent. sed bu-
cinis optimatum monitu occinentibus instauratum est proelium et
pari modo res Romana superior stetit nullo ferme alio telo uel fundi-
toris amento in cassum excusso. agmina enim praeeuntium ductorum, 25
quos rapiendi Valentis malis lucrationibus quaesita cupiditas incende-
bat, secuti ceteri prae se ferebant aequiperasse discrimina potiorum; /

3 emet V semet E *A* | nulle V nulla E *A* || 5 abscis V abscissis E abscisis *A* || 6 octori V acturi E *A* || 8 metum V metu in E *A* metu *Her.* | obsertatos aditos V obseratos aditus E *A* || 9. 10 nundarunt et obstinationem magnantium maloeare V inundarunt et obstinatione magnatium maiore E *A* o. magna (*lac.*) tium malo eare adflicti quod *Nov.* o. magna cauentium malo *Her.* obstinationem repugnantium (*lac.*) ere *Cl.* o. magnantium malo festinabant temptare *Češka* || 10 ad V *om.* E at *A* || 11 huiusce V cuiusce *Val. in adn. def. Fesser* || 13 patebantur V petebantur E *A* *Harmon* appetebantur *Her. c. c.* || 15 anchi V anthi- E arcu *A* | inseruabant V *def. Georges* seruabant *Lind. C. F. W. M. Haupt* conseruabant *Pet.* reseruabant *Momms.* || 17 dedita V dedit E *A* || 18 scopio V *corr. m3* || 20 densem V densam E*m2* (*in marg.*) *A* | liset V licet E *A* || 21 frusta V frustra E *A* || 23 opimatum V optimatum E *A* || 24 ali V alite E *Gron. in adn.* alio *A* murali *Pet.* trabali *Schneider del. Her.* | fundoris V funditoris E *Val. in adn.* fundae *A* || 25 exeosso agmine V excusso. Agmina E *A* | doctorum V ductorum E *A* || 26 lucubrationibus V lucrationibus *Her.* | quaesti V quaesiti *Lind.* quaesita *Grut.* | cupiditatis V cupiditas E *A*

namque semineces aliqui aut magnis obtriti ponderibus uel confixi iaculis pectora uoluebantur, nonnulli scalas uehendo ascensumque in muros ex latere omni parantes sub oneribus ipsis obruebantur contrusis per pronum saxis et columnarum fragmentis et cylindris. nec 14
5 quemquam furentium cruoris horrenda species ad serum usque diem ab alacritate faciendi fortiter auertebat hoc incitante, quod etiam defensorum plurimos cadere diuersis ictibus uidentes eminus laetabantur. ita sine requie ulla uel modo pro moenibus et contra moenia ingentibus animis pugnabatur. et quia nullo ordine iam, sed per pro- 15
10 cursus pugnabatur et globos, quod desperationis erat signum extremae, flexo in uesperam die digressi omnes rediere ad tentoria tristes / inconsideratae dementiae alter alterum arguentes, quod non, ut suaserat antea Fritigernus, obsidionales aerumnas ubique declinarunt.

Conuersi post haec per omne tempus noctis ut aestiuae non longum / 16
15 ad uulnerum curas artesque medendi gentiles reddita luce in uarias consiliorum uias diducebantur, quorsum tenderent, ambigentes multisque dictatis et controuersis occupare statuunt Perinthum exindeque ... diuitiarum referta docentibus omnia perfugis etiam domorum nedum urbium interna noscentes. hanc secuti sententiam, quam uti-
20 lem existimarunt, itineribus lentis miscentes cuncta populationibus et incendiis nullo renitente pergebant.

Obsessi uero apud Hadrianopolim post eorum abitum tempestiuum,/ 2
cum uacare hoste loca proxima compertae fidei nuntiassent exploratores, egressi media nocte uitatis aggeribus publicis per nemorosa
25 et deuia pars Philippopolim exindeque Serdicam, alia Macedoniam cum intemeratis opibus, quas uehebant, omni studio properandum

1 aliquid V aliqui E*A* aliquot *Her.* || 2 scalis VE*m2* scalas E*A* || 2.3 innumeros V*A* in muros E *Val.* || 3 contrusi VE contrusis *A* || 4 fragmensis V fragmentis E*A* || 5 quicquam VE quenquam *A* || 7 diuersi V diuersis E*A* || 8 requiei VE requie *A* || 9 sedere V sed per *Lind.* (W*m2*) || 11 at V ad E*A* || 12 inconsiluerat aedementiae V inconsilii ut erat et dementiae E inconsideratae d. *A* || 13 aerumnales aerumnas V aerumnas E*A* || 15 uarius V uarias E*A* || 16 deducebantur V diducebantur *Val.* || 17 controuersiis V controuersis *Lind.* (W) || 18 quaeuitiarum refertas VE (que-) quaeque diuitiarum referta *A* -que uicinas urbes d. refertas *Her.* *lac. indic. Cl.* || 19 nedumus bium V nedum urbium E*A* | utile V utilem E*A* || 22 eorum] ferorum *Eyss.* | habitum V abitum E*A* | perdito V *om. Lind.* perduellium *Eyss.* perceptum *Gdt.* tempestiuum *Schneider* (*cf. 31, 8, 6*) certum *Nov.* || 23 uocare V uacare E*A* | explorator est V exploratores E*A* || 24 me die ac V media E*A* || 25 pras V pros E trans *A* pars *Val.* | filippopolim V | alia mocedoniam V aliam Macedoniae urbem E*A* alia ad Macedoniam *Val.* (M. *iam* W) alii ad M. *Val. in adn.* ad *reiec. Sey.* || 26 hebant V habebant E*A* uehebant *Pet.* | ad *ante* properandum *add. Lind. reiecimus* (*cf. 27, 5, 6*)

excogitato currebant uelut in regionibus illis repperiendo Valente. / quem inter medios certaminum turbines oppetisse uel certe ad tugurium confugisse, ubi aestimatus est ui periisse flammarum, penitus ignorabant.

3 At Gothi Hunis Halanisque permixti nimium bellicosis et fortibus / 5 rerumque asperarum difficultatibus induratis, quos miris praemiorum illecebris sibi sociarat sollertia Fritigerni, fixis iuxta Perinthum castris/ ipsam quidem urbem cladum memores pristinarum nec adire nec temptare sunt ausi, agros uero fertiles late distentos et longe ad extremam uastauere penuriam cultoribus caesis aut captis. 4 unde Con- 10 stantinopolim copiarum cumulis inhiantes amplissimis formas quadratorum agminum insidiarum metu seruantes ire ocius festinabant / multa in exitium urbis inclutae molituri. quos inferentes sese immodice obicesque portarum paene pulsantes hoc casu caeleste reppulit numen. 5 Saracenorum cuneus, super quorum origine moribusque di- 15 uersis in locis rettulimus plura, ad furta magis expeditionalium rerum / quam ad concursatorias habiles pugnas recens illuc accersitus congressurus barbarorum globo repente conspecto a ciuitate fidenter erupit diuque extento certamine pertinaci aequis partes discessere momentis. 6 sed orientalis turma nouo neque ante uiso superauit euentu. 20 ex ea enim crinitus quidam, nudus omnia praeter pubem, subraucum et lugubre strepens educto pugione agmini se medio Gothorum inseruit et interfecti hostis iugulo labra admouit effusumque cruorem exsuxit. quo monstruoso miraculo barbari territi postea non ferocientes ex more, cum agendum appeterent aliquid, sed ambiguis gres- 25 sibus incedebant. 7 processu dein audacia fracta, cum murorum ambi-

2 medias V medios E*A* | turbine suppetisse V turbines oppetiisse E*A* | fugurium V tugurium E*A* || **3** perinse V periisse E*A* || **5** huni V Hunnis E*A* | permixtis VE permixti *A* | nimius V nimium E*A* || **6** quas VE quos *A* || **8** cladem V cladum E *Pet.* cladium *A* || **9** temptari V temptare E*A* | sunnt V | longa VE longe *A* | extremum V extremam *Val.* || **10** penuria *A* || **12** insidiatum VE insidiarum E*m2A* | otius V || **13** inferentes V *def. Meurig-D.* inserentes *dubit. Cl. in app. Nov.* || **15** nomen V numen E*A* || **16** rectulimus V | fortem VE sortem *A* furta *Val. in adn.* || **17** habiles VE habilis *A* || **18** barbarum V *def. Norden Heilmann* barbarorum E*A* *def. Sey.* || **19** erupi V erumpit E erupit *A* | pertinaciae quibus V pertinaciter q. E pertinaci, aequis *A* || **21** nudo somnia V nudus omnia E*A* || **22** lugubres (lug- *ex* luc- *m3*) repense ducto V lucubre sonans educto (strepens *m2 in marg.*) E lugubre strepens, e. *A* | agminis emendio V a. emedio E agmini se medio *A* || **23** interfectis V interfecti E*A* | iugio (o *fere* g) *ex* iuiug V iugulo E*A* | effusoque V effusumque E*A* || **24** exusit V exsussit E exuxit *A* || **25** ex *add. Val.* || **26** processo V processu E*A* | audaciam fracto V audaciae f. E*A* audacia fracta *Val. in adn.* (N*m2*) a. infracta *Pet. Stangl* | murmurorum V murorum E*A*

tum insularumque spatiis immensis oblongum et inaccessas pulchritudines urbis et incolentium plebem considerarent immensam iuxtaque fretum, quod Pontum disterminat et Aegaeum, disiectis bellorum officinis, quas parabant, post accepta maiora funera quam illata /
5 exinde digressi sunt effusorie per arctoas prouincias, quas peragrauere licenter ad usque radices Alpium Iuliarum, quas Venetas appellabat antiquitas.

His diebus efficacia Iulii magistri militiae trans Taurum enituit 8 salutaris et uelox. comperta enim fatorum sorte per Thracias Gothos
10 antea susceptos dispersosque per uarias ciuitates et castra datis tectioribus litteris ad eorum rectores, Romanos omnes, quod his temporibus raro contingit, uniuersos tamquam uexillo erecto uno eodem die mandauit occidi exspectatione promissi stipendii securos ad suburbana productos. quo consilio prudenti sine strepitu uel mora completo/
15 orientales prouinciae discriminibus ereptae sunt magnis.

Haec ut miles quondam et Graecus a principatu Caesaris Neruae 9 exorsus ad usque Valentis interitum pro uirium explicaui mensura, / opus ueritatem professum numquam, ut arbitror, sciens silentio ausus corrumpere uel mendacio. scribant reliqua potiores aetate doctrinis
20 florentes. quos id, si libuerit, aggressuros procudere linguas ad maiores moneo stilos.

1 insulorum V insularum E*A* insularumque *Val. in adn.* (N*m2*) || 5 sunnt V | agrauere V adgrauare E peragrauere *A* || 6 benetas V *corr. m3* || 8 efficia V efficacia E*A* || 9.10 thracia gotho cantea V Thracias, Gothos antea E (Tr-) *A* || 12 ciexillo V *corr. m3* | erecte V erecto E*A* | eodem V*A* *def. Löfst.* eodemque E *Lind.* || 13 promissis V promissi E*A* || 14 streputu V strepitu E*A* || 15 sunnt V || 18 professus V professum E*A* || 19 mendatio V | doctrinis V doctrinisque *Val. in adn.* et doctrinis *Cl.* *asynd. def. Blomgren Meurig-D.* (*uel* arte *add.*) || 21 AMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM. EXPLICIT LIBER XXXI FELICITER V FINIS DEO GRATIAS AMEN: XXXI lib. E

INDICES

I. NOMINA

(Nomina incerta asteriscis afficiuntur. personae, quae nominibus propriis non nominantur, uncis inclusae sunt)

Compendia:
adj. – adiectiuum
ciu. – ciuitas
cogn. – cognomen
cos. – consul
fl. – flumen
mag. – magister
opp. – oppidum
pop. – populus
praef. – praefectus
praet. – praetorio
procos. – pro consule
prou. – prouincia
tit. – titulus
u. c. – uir clarissimus

NOMINA

II. NOTABILIA VARIA

(exempla tantummodo notata)